This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 00049661 6

ANNEX

ANNEX

M[illegible]

*HS

CHRISTOPHORI THEOPHILI DE MVRR

MEMORABILIA BIBLIOTHECARVM PVBLICARVM NORIMBERGENSIVM ET VNIVERSITATIS ALTDORFINAE.

PARS III.

CVM II TABVLIS AENEIS.

NORIMBERGAE,
IN LIBRARIA RAWIANA.
M. DCC. LXXXXI.

VI.

BIBLIOTHECA
MARPERGERIANA.

IN AEDIBVS

MARCHDRENKERIANIS.

Legauit eum teſtamento uſibus ornatiſſimi Collegii Reip. Conſiliariorum, Vir ſplendidus conſultiſſimusque Dom. *Paullus Iacobus de Marperger* in Schübelsberg, S. Caeſ. Maieſt. a Conſiliis, ac Perill. Reip. Norimbergenſis Conſiliarius primarius, eiuſdemque ac aliorum S. R. I. Statuum ad incluti Circuli Franconiae Conuentus per XXXIII Annos Ablegatus, d. 20 Nou. A. 1767 fato functus, aetate 81 annorum. *)

A 2 Con-

*) Laudauit eum eloquentiſſimus Iohannes Guilielmus Berger in ſuo Commentario in Numiſma noricum eius honori cuſum, quem edidit Samuel Lutherus Geret; Roſtochi et Wiſmariae, 1755. 4 mai.

Continentur in hac Bibliotheca

I. Actorum Conuentuum Circuli Franconici Collectio ampliſſima. MS.

II. Acta publica uaria Norica. MS.

III. Libri iuridici.

IV. Collectio ſat magna Diſſertationum iuridicarum

[illegible]

VI

VII.

MVSEVM
ET
BIBLIOTHECA
ACADEMIAE PICTORVM
IN
MONASTERIO S. CATHARINAE.

Hiſtoriam huius Academiae graphicae concinnauit Cel. Dom. Georgius Andreas Willius, Prof. publ. Altdorf. *)

Directores **) primi fuere immortalis Iacobus a Sandrart, et Elias Gödeler. Magnorum artificum, Deckeri, Schuſteri et Preiſlerorum ſtudiis utiliſſima fuit ingeniis iuuenum artiſque delineatoriae amatoribus. Liber Baro Henricus Chriſtophorus Hochmannus ab Hohenau legauit huic Academiae 2000 florenos, Theophilus Schmid, pictor, addidit 1000 flor. atque Iohannes Kenckel, immatura morte A. 1722 defunctus, artis pictoriae ornamentum, legauit omnia, quae poſſedit, artis ſculptoriae ectypa, ediditque XX tabulas, artificio umbratili (Mezzotinto) ſculptas, ſecutus Martini Schuſteri delineationes hominum nudorum, ad delineandum propoſitorum. In fol. min.

Continet Muſeum Academicum ſequentia:

I. *Ectypa* Statuarum monumentorumque artis ſculptoriae.

Praecipua ſunt:

Iuppiter.

Laocoon cum duobus filiis.

 Apollo

*) *Geſchichte der nürnbergiſchen Maler-Akademie.* Altdorf, 1762. 4.

**) Nunc Dom. Iohannes Eberhardus Ihle iam ab A. 1771 iſto munere fungitur.

Apollo et Daphne.
Hercules Antaeum ſuffocans.
Hercules Neſſum occidens.
Leda.
Ganymedes.
Venus callipyga.
Gladiator (ita dictus) Borgheſianus.
Antinous; et alia.
Chriſtus cruci fixus; artifice Algardo.

II. *Picturae.*

Venus et Cupido.
Pictura campeſtris, artifice Ioh. Henrico Schoenfeldtio.
Tabula G. Heldii, pictoris Norimbergenſis.
Quatuor Tabulae Kupezkianae:

1. Virgo Schnellia, Artis graphicae amatrix.

2. I. G. Blendingerus, pictor. Haſce duas Bernardus Vogelius, ſequentem picturam Valentinus Daniel Preiſler imitati ſunt opere arteque *Mezzotinto* appellata.

3. Coqua Iohannis Kupezky. Haec imago non ad finem perducta eſt.

4. Cauponae cellarius, uitrum uinarium in manu tenens. Tabula optima.

III. *Dactyliotheca.*

Sunt ultra 3000 ectypa ſulphurea, a p. m. Dom. Iohanne Iuſtino Preiſlero, Directore Academiae in Italia collecta, praecipue Romae, apud Dom. L. B. Philippum de Stoſch, qui poſtea Florentiae degebat.

Vid. *Deſcription des Pierres gravées du feu Baron de* Stoſch; *par Mr. l'Ablé* Winckelmann. *à Florence*, 1760. 4.

IV.

IV. *Libri.*

Inter libros Academiae pictoriae a Dominis Hochmann, de Ebermayer, atque Domina Suſanna Maria Sandrartia, (Iacobi de Sandrart, chalcographi, filia) legatos ſunt:

In folio.

Zeileri atque Meriani Topographiae paene omnes.

Variae Alberti Dureri, aliorumque magni nominis artificum icones aere excuſae; in uno uolumine in folio regali.

Icones celebrium pictorum Gallorum et Batauorum.

Opera Sandrartii.

Ars pictoria; or an Academy, treating of Drawing, Painting, Limning, and Etching. London, 1669. fol. Cum 31 tab. aen. Auctore Alexandro Browne.

Hieronymi Tetii aedes Barbarinae ad Quirinalem. Romae, 1642.

Statuae antiquae centum, edente Franciſco Perrier.

Albrecht Dürers vier Bücher von menſchlicher Proportion. Nürnberg. 1528. fig.

Däniſcher Vitruvius. 2 Vol.

Villa Pamphilia Caroli Ceſii. Romae.

Duo Volumina iconum optimorum Italiae Artificum.

Baſſi rilievi della Colonna Trajana; diſegnata ed intagliata da Pietro Santi Bartoli, in Roma.

Galleria dal Palazzo Farneſe, da Aunibale Caracci; di Carlo Ceſio. 48 tab. Romae.

Petri Aquilae imagines Farneſiani Cubiculi. 12 tab. ibid.

In quarta forma.

Othonis Vaenii Emblemata e Horatio Flacco. Antuerp. 1607.

Moralia Horatiana. Amſterd. 1684. Cum 113 tab. aen.

Genealogia degli Dei in quindeci Libri di M. Giovanni Boccaccio. Venez. 1547.

La Pirotechnia di Biringuccio.

Iconologia di Ceſara Ripa.

L'Abecedario pittorico.

In octaua forma.

La Geografia di Claudio Tolomeo.

Le Antichità della Città di Roma, per Lucio Mauro. Venezia, 1562.

— — — *per Bernardo Gamucci. Venezia,* 1569.

L'Aſino d'oro di Apulejo.

Le ricche minere della pittura Veneziana.

Bizot *Hiſtoire métallique de la République de Hollande. Avec le Supplement.* 3 Vol.

Anton Joſeph Dezallier d'Argensville Leben der berühmteſten Maler. Leipzig, 1767 ſeq. 4 Vol.

In duodecima.

Le Pitture di Pellegrino Tibaldi, e Niccolò Abbate, eſiſtenti nel Inſtituto di Bologna. Da Giovan-Pietro Zanotti. Bologna, 1732.

Nuovo Studio di Pittura, Scoltura, ed Architettura nelle Chieſe di Roma; dell' Abbate Filippo Titi.

VIII.

VIII.

BIBLIOTHECA

CAPITVLI AEGIDIANI

IN

AEDIBVS SENIORIS.

Complectitur parua haec Bibliotheca libros theologicos, intermixtis aliis uarii argumenti. Catalogum ſuppeditauit Reu. Dom. Iohannes Müller, Subſenior Capituli Aegidiani, amicus noſter.

Praecipue adnotari merentur ſequentes libri.

In folio.

Pſalterium, et alii Hymni, in membrana, nitidiſſime ſcriptum clauſurisque munitum. Prima littera egregie in fundo aureo picta, regem Dauidem exhibet orantem.

In calce huius Voluminis haec leguntur:

Anno dñi 1499 ſcriptum eſt hoc pſalterium pro choro fratrum carmelitarum conuentus Nurembergenſis, a quodam uiro ſeculari ſub regimine prioris conradi Künnberger.

Anno dñi 1502 in die ſanctorum geruaſij et protbaſij qui tunc dominica erat, facta eſt congreſſio pugne in ſilua uſque Kornburg in meridie inter marchionem brandenburgenſem et dominos Nurenbergenſes et ceciderunt uulnerati multi ex utraque parte.

Anno dñi 1518 Jncepit doctrina martini Luther: et cetera.

Anno domini 1520 tranſlata eſt omnis ſepultura mortuorum ex ciuitate Nurembergenſi ad duo cimiteria magna extra muros. Nam ante ut jus habet omnis electio ſepulture libera erat. nunc autem coartata eſt ad duo loca tantum, vel alibi longius: hoc primitus inceptum eſt eodem anno circa feſtum ſancti ſebaſtiani.

Anno

*HS

CHRISTOPHORI THEOPHILI DE MVRR

MEMORABILIA BIBLIOTHECARVM PVBLICARVM NORIMBERGENSIVM ET VNIVERSITATIS ALTDORFINAE.

PARS III.

CVM II TABVLIS AENEIS.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

NORIMBERGAE,
IN LIBRARIA RAWIANA.
M. DCC. LXXXXI.

ebaldus Welſerus, Reipublicae Norimbergenſis Sena-
r meritiſſimus, dono dedit Gymnaſio Aegidiano A.
581 uarios libros utiliſſimos. Memor, ſe in illo litte-
s operam dediſſe, in eo bibliothecam Welſerianam fi-
it, atque fundauit, quae quum anno 1696 templum et
ymnaſium Aegidianum triſti caſu incendio conflagrarent,
ſtis pro more illius temporis incluſa, et rudere illapſo
ontecta, a diris flammis diuino nutu illaeſa manſit, et
dhuc manet atque liberaliter augetur. *) Donationes
nim uarias Welſeriana Familia continuat, Haecce Biblio-

 theca,

*) Vid. Cel. b. Ioh. Andr. Mich. Nagelii Oratio in memoriam conditi et abſoluti abhinc duobus Saeculis Auditorii Welſeriani, Altdorfii Noricor. 1783. 4. pag. 8, 9.

theca continet uaria Lexica, Henrici Stephani The-ſaurum graecae linguae, Pariſiis, 1572. 4 Vol. Auctores claſſicos, u. c. Ariſtophanem Küſteri, 1710. fo Collectionem Bipontinam Auctorum claſſicorum, Ope geographica et genealogica. Eam in primis locupletau A. 1788 morte repentina patriae ereptus, Perill. Reip Septemuir et Ephorus, Dom. Paullus Carolus Welſeru a Neunhof.

X.

BIBLIOTHECVLA

ITA DICTORVM,

CONVERSORVM

AB ALIARVM

RELIGIONVM OPINIONIBVS.

IN AEDIBVS ANTISTITIS AD D. IACOBI.

A. 1658 b. Ioh. Michael Dilherrus, Templi Sebaldini Antiſtes, uarios donauit libros, uſibus hominum conuertendarum conuerſorumue deſtinatos, quem alii pii donatores ſecuti ſunt; in primis Iohannes Andreas Endterus, cum Wolfgango Endtero ſen. celebres Bibliopolae. Hi enim fuere praecipui benefactores Inſtituti huius Conuertendorum, (fundati A. 1658 m. Martio, Ephoro Dom. Georgio Imhofio) cui donauerunt omnes libros, qui ſuis ſumtibus typis exſcribebantur. Auxere quoque bibliotheculam Iohannes Tauberus, Andreas Gammersfelder, aliique.

Exſtat Catalogus MS. in fol. ab admodum Reu. Dom. M. Chriſtophoro Melchiore Schmidtbauero, P. L. C. Antiſtite Templi ad D. Iacobi, mecum communicatus. Continet haec bibliothecula libros polemicos, Poſtillos uarioſque uſibus eccleſiaſticis deſtinatos libros et libellos, quos inter etiam aliarum diſciplinarum libri conſpiciuntur. Sunt paene omnes germanici, et obuii.

Sophia Mülleria Tabulam ligneam, ſat bene ſub finem Saeculi XVI aut ſub initium XVII pictam, huic Conuerſorum bibliotheculae donauit. Exſtat nunc in Zeta perill. Dom. Ephori, in horto Carthuſiano.

Falſiſſime Alberto Durero adſcribitur, mendaxque habet huius artificis immortalis ſignum cum anno 1520, id quod cuivis picturae ſcienti ſtatim patebit.

Repraeſentantur duo Electoris Saxonici epulam ſacrum a Martino Luthero et Philippo Melanchthone accipientes, cum magno comitatu.

BIBLI-

BIBLIOTHECAE
VNIVERSITATIS
ALTDORFINAE.

XI.

BIBLIOTHECA
VETVS
ACADEMICA.

IN COLLEGII AEDIBVS
IVXTA AVDITORIVM PHILOSOPHICVM.

XL.

BIBLIOTHECA

VETVS

ACADEMICA.

IN COLLEGII AEDIBVS

IVXTA AVLAM PHILOSOPHICAM.

Bibliotheca iſta iam ante A. 1623 condita uariis largiſſimiſque acceſſionibus locupletata eſt.

De ſtudiis uirorum illuſtrium in condendis Bibliothecis Oratiuncula habita Altdorphii ad diem 30 Iunii A. S. cIↄ Iↄ cxLIV a Georgio Koenig SS. Theologiae D. et Prof. publ. quum Inclutus Senatus Noribergenſis, patrocinante Nobiliſſimo Scholarcharum Ordine, Vniuerſitatis Altdorphinae Bibliothecam, inſignibus donariis locupletatam, ex arctiore in ampliorem locum tranſtuliſſet. Altdorphii, 1644. 4.

Chr. Gottl. Schwarzii Oratiuncula, habita A. 1735 cum munus bibliothecarii acad. ſuſciperet et bibliothecam in uſum ſtudioſorum aperiret. Exſtat in Cel. Willii Muſeo Norico, pag. 17 ſeq.

Catalogum Bibliothecae huius academicae confecit A. 1748 Chriſtophorus Bonauentura Herzer († 1754).

Liberalitate Dom. Ioh Iodoci Schmiedmaieri, a Schwarzenbruck, *) Dom. Ioh. Dieterici. Baronis de Taub, et Dominae Reginae Catharinae Dietelmaierae, natae Willferae,

*) qui in bibliothecae Altdorfinae utilitatem et augmentum uiuus Vniuerſitati donauit mille florenos, ut ex eorum uſu fructu ſingulis annis acceſſione nouorum librorum augeretur, et locupletior redderetur. Maximis itidem ſumtibus typographiam academicam litteris arabicis, hebraicis rabbiniciſque inſtructiorem et ſplendidiorem fecit, quibus poſtea aceeſſere typi ſyriaci.

rae, inprimis uero b. Dom. Paulli Iacobi Marpergeri de Schiebelsberg, cui donum mille florenorum debet Academia. Libri e reditibus annuis comparantur.

Depromam ex oratione MS. b. Dom. I. A. M. Nagelii, *de incrementis bibliothecarum Academiae Altdorfinae, recentiori potiſſimum tempore factis, et de uetuſtioribus quibuſdam*, A. 1775 habita, uaria inſigniora dona, Bibliothecae ueteri facta.

Perilluſtres Domini Curatores Academiae partem ſumtuum in ſe ſuſceperunt, ut collectiones pretioſae Scriptorum rerum Italicarum Muratorii, itemque ſplendidiſſimus Graeuii et Burmanni theſaurus antiquitatum et hiſtoriarum Italiae, Neapolis, Siciliae, Sardiniae, Corſicae, Melitae atque adiacentium terrarum, inſularumque, comparari potuerint. Praeterea Academiae Begeri corpus Iuris ciuilis reconcinnatum, et in tres partes diſtributum, ac cum praefatione perill. Dom. Baronis de Senckenberg editum, donarunt. Perill. b. Dom. Paullus Carolus Welſerus de Neunhof eheu! morte inopinata A. 1788 Muſis Altdorfinis ereptus, Biblia hebraica Kennicotti donauit, ueniente in b. Ephori liberalitatis partem perill. et generoſiſſimo Domino Chriſtophoro Carolo Kreſſio de Kreſſenſtein, Reip. Norimb. Senatori Duumuiro.

Inter alios donatores nomino Reu. Dominum Erhardum Chriſtophorum Bezzelium, Paſtorem Poppenreuthenſem, qui egregio munere Talmudis Hieroſolymitani, Venetiis apud Bombergium uenuſte impreſſi, hanc bibliothecam auxit. Optimus quoque uir b. Samuel Szekely de Doba, Subcenturio Legionis Szirmayanae, praeter alia curioſa

rioſa miſit cantilenas et Pſalmos Dauidis, dialecto Slauica Szotazka, impreſſos Debrecini, 1752, quos auxilio cuiuſdam Paſtoris Reformati Andreae Spáczay uertit et edidit uir illuſtriſſimi nominis Andreas Rákoczy de Rácocz, ultimus gentis ſuae, e ſtirpe Principum Rakocziorum oriundus, ac A. 1754 mortuus. Sic etiam Herwigius Biblia lingua Vendica impreſſa, et ordinem ſalutis Vendice et germanice libris hiſce academicis addidit.

Beatus Dom. Dietelmair, Theol. Doctor et Profeſſor meritiſſimus, me curante, Bibliothecae academicae addidit Nouum Teſtamentum graecum, e Codice MS. Alexandrino, qui Londini in Bibliotheca Muſei Britannici adſeruatur, deſcriptum a *Carolo Godofredo Woide*. Londini, 1786. fol. max.

Sceleta cerui atque equo inſidentis Croatae a Mauritio Hofmanno, († 1698) uero ductus pancreatici inuentore *), Laboratoriique chemici Altdorfini inſtauratore, praeparata, Bibliothecam ornant commendantque naturae indagatori et philoſophò.

Ioh. Cph. Wagenſeilius Hydraſpidem ſuam huic Academicae Bibliothecae intulit et largitus eſt. **).

Addi-

*) Vid. Alb. von Haller Biblioth. anatom. T. I, pag. 415.

**) Vid. Ioh. Cph. Wagenſeilii de Hydraſpide ſua, ſiue aduerſus extrema pericula Aquarum munimento ac praeſidio, ad Petrum Valckenierium, Epiſtola. Altdorfii Noricorum, 1690. 4. fig.

Einſdem ad Ioh. Fechtium, Theol. cet. de Infundibuli ſui occaſione, conſilio et inſtituto, differtatio epiſtol. in qua aduerſus Dialogiſtam etiam adſeritur Hydraſpis. ibid. 1693. 4.

Addidit Vir praeſtantiſſimus tympanum (ita dictu magicum cum tudicula, quo Lappones utuntur. Ligno i ciſa eſt eius figura, cum ſubſcriptione: *Ioh. Chriſtophori W genſeilii Mnemoſynon.* in forma quarta.

Perill. atque excell. Dom. Oelhafen de Schoellenba in Eiſmansberg, laudatiſſimi Circuli Franconici ſuprem Campi Mareſchalli Legatus, largitus eſt huic Bibliothec gladium, ex armamentario Ioh. Andreae Viatis compa tum, quem Sueciae Rex, Carolus XII geſtaſſe dicitur, cuius lamina elegantibus aureis litteris arabicis ſcriptur Cuficae ornata eſt. *Ja Allah, ſchâfi! ja Allah, kâfi!* i. e. Deus, medice mi! o Deus, efficax mi! ſ. qui me ſanas, mihi unicus ſufficis. Vid. M. Ge. Iac. Kehr de Mogol magni Aurenk Szeb Numiſmate Indo - Perſico argent quinquelibrali rariſſimo etc. Lipſ. 1725. 4 max. pag. 3 Inſcribi etiam ſolet laminis Muhammedani fidei ſymbolu *La ila ill' Allah;* Non eſt Deus, niſi Deus uerus. In ali laminis legitur. Sententia Coranica, *Naſſr min Allah, w fatch karib.* Auxilium eſt a Deo, et uictoria in promtu.

CODI

CODICES MANVSCRIPTI.

Codices XXI iam deſcripti leguntur in *Recenſione et Expoſitione* (qua utor, additis addendis) *Codicum manu ſcriptorum, itemque rariorum librorum, quos Bibliotheca Altdorfina ſeruat, facta ab Excell. Domino Ioh. Dauide Koelero, P. P. et Bibliothecario almae Altdorfinae litteratiſſimo.* Meritiſſimus Dom. Iohannes Andreas Michaël Nagelius multos libros manu ſcriptos comparauit, Bibliothecae illatos.

Hebraici. In membrana.

מגילה אסתר Volumen Eſther.

Hoc uolumen Bibliothecae intulit V. C. Ioh. Chriſtophorus Wagenſeilius. Hac de cauſſa ipſe eſt audiendus, quid de hoc uolumine ſenſerit.

Ita uero de eo ſcribit, in libello, *von Erziehung eines jungen Prinzen*, pag. 229.

Ich habe eine Sache, welche nicht minder zu ſchätzen, als di Menſa Iſiaca, nemlich eine bey nahe 3 Ellen lange auf Pergamen geſchriebene Hebräiſche Rolle, oder das Buch Eſther. So ich mich nicht betrüge, iſt nicht leicht ein älteres hebräiſches MS. vorhanden. Sintemal wegen Länge der Zeit die Buchſtaben mehrentheils nicht mehr zu erkennen, und ſchier ganz verſchwunden. Der hebräiſche Text iſt oben und unten auſſer andern Zierathen mit 20 andern Gemählden eingefaſſt, welche die ganze Geſchichte fürſtellig machen. Und zeiget nicht allein die Art der Schrifft, ſondern auch vieles andere klärlich an,

daſs dieſes Volumen in Orient geſchrieben und gemahlt worden. Wie denn unſere Teutſchen Juden, denen ich es gezeiget, einhällig gegen mich bekennet, daſs es gar nicht erlaubt ſey, deſſen in Occident in den Synagogen, wegen der groſſen Antiquität und Abgang der Schrifft, ſich zu gebrauchen. So viel ich urtheilen kan, kommt es aus Perſien her, und hat die gemeine Judenſchafft in Fürth, der ich eine groſſe Gutthat erwieſen, mir dieſes herrliche und eines Schatzes werthe Geſchenke offeriren laſſen, deſſen mich auch um keine Sache in der Welt berauben wollte laſſen. Gewiſs habe dieſes Kleinodes gleichen in keiner Bibliothec von Europa, die ich zu perluſtriren das Glükke gehabt, angetroffen.

Quod ſi uero regulae illae certae ſunt, quas de criteriis Codicum MSS. Richard Simonius, ſagaciſſimus in re critica vir, in Hiſt. Crit. l. 1. c. 21. et in Diſquiſ. Critica de variis Bibliorum editionibus c. 2, 4 et 8. dedit, utique non tam antiquum eſt hoc volumen, prouti ſummo Wagenſeilio viſum: literis enim minuſculis eſt exaratum, atque non ad hanc ſimplicitatem accedit, quam alii codices, a quibus abſunt plantarum et animalium figurae, prae ſe ferunt. Longum eſt hoc volumen duos cubitos Altdorfinos cum tertia parte, et latum ſolummodo unum quadrans. Columnae in eo apparent duplicatae nouem et ſimplex una, in ſeptima, octaua, et nona columella literae ualde ſunt deletae. Supra et infra textum adiectae ſunt uiginti figurae coloratae, hiſtoriarum argumentum repraeſentantes.

Quibus b. Koeleri uerbis addamus epicriſin Cel. Dom. Iacobi Georgii Chriſtiani Adleri: *Es wird im Talmud in einem*

nem beſondern Geſetze *) *den Juden verboten, an den Abſchriften der heiligen Bücher zu künſteln, und beſonders ſie mit Gold und Miniaturen aufzuſchmücken. Reine, elegante, deutliche Schrift war die Hauptſache, die man von den Soferim, oder Bibelabſchreibern, verlangte, und dies Geſetz war ſehr vernünftig. Indeſſen läſst ſich daraus nicht folgern, daſs ſolche gezierte Handſchriften, die man aufweiſet, von Unjuden geſchrieben ſeyn ſollten. Das Geſetz geht blos die ſynagogiſchen Rollen an: und in denen iſt es immer ſehr ſtrenge beobachtet worden Aber das iſt ſehr wahrſcheinlich, daſs daſſelbe Geſetz anfänglich auch auf die gemeinen Abſchriften ausgedehnt wurde, und es läſst ſich beweiſen, daſs die vergoldeten und bemalten Codices zu den jüngſten hebräiſchen Bibelhandſchriften gehören. Nach der Abſicht der Verfaſſer ſollte vielleicht das Geſetz allgemein ſeyn: aber es ward nachher eingeſchränkt, und von dem herrſchenden Geſchmacke an ſolchen Verzierungen verdrängt.* **)

Liber *Machſor* in Bibliotheca publica Norimb. litteris aureis ſuperbit, hominumque et animalium figuris. ***)

C 3 Simile

*) *Maſechet Sopherim* Cap. I, Lex IX: Non ſcribunt litteris deauratis. In codice Alexandro dono offerendo omnia nomina diuina litteris auratis ſcripta erant. Quod cum doctis renunciaretur, codicem recondi iuſſerunt. Vid. praelaudati Dom. *Adleri*, amici noſtri, diſſertationem de Iudaeorum codicis ſacri rite ſcribendi legibus, (Hamburgi, 1779. 4 mai.) pag. 6.

**) *I. G. C. Adlers kurze Ueberſicht ſeiner bibliſch kritiſchen Reiſe nach Rom. Altona,* 1783. 8. pag. 70.

***) Vid. horum Memorabilium P. I, pag. 21.

Simile Volumen Eſther eleganter ſcriptum, eſt in Bibliotheca Ebneriana. *)

* *

Codex Rabbinicus membranaceus, continens Gloſſas Raſchi in Pentateuchum, et Megilloth. Fuit olim Wagenſeilii.

Scriptus eſt hic codex in quarta maiori forma; charactere non niſi a gnariſſimo hebraicae litteraturae legibili, et conſtat ex foliis CLXXIX. Continet Rabbi *Salomonis Iſaaci*, Galli, per compendium רש״י *Raſchi*, alias *Iarchi* **) minus recte dicti, ***) forſan A. C. 1180 (nam annus, quo obiit, adhuc incertus eſt) mortui, ac fere pro θεοπνευστῳ a Iudaeis habiti, Commentarium ****) in Pentateuchum, ſed quoad principium mutilum. Capite enim Geneſeos XXV demum, commate 22 incipit, et medio fere capite XLVIII deſinit. In Exodo autem mirum in modum deficit. Abſunt enim omnia capita uſque ad uiceſimum. Totus Leuiticus integer comparet, et inde reliqua omnia per cunctas

*) Vid. P. II, pag. 99.

**) Conf. Ioh. Chriſtoph. Wolfii Biblioth. hebr. Vol. I, pag. 1057. Vol. III, pag. 1042.

***) forſan a *Iерech*, Luna, quia Lunelli (*Lunes*, ubi habitauit) natum eſſe putarent. Natus fuit Auguſtae Tricaſſinorum (*Troyes*) in Campania A. 1105.

****) Saepius, u. c. Aug. Vindel. 1534. 4 et Amſtelodami 1721 in forma octaua, cum commentario in V Megilloth, nitidiſſime exſcriptus eſt. Bene animaduertit Doctiſſ. Hermannus Fridericus Koecherus in ſuis Analectis litterariis ad Wolfii Biblioth. hebraicam, Parte I (Ienae, 1783. 4 mai) pag. 122 celeberrimum iſtum Iudaeorum doctorem Raſchium in dialecto Iudaeo-germanica fuiſſe uerſatiſſimum.

cunctas ſectiones clarè et feliciter fluunt, uſque ad Numerorum Cap. XXX. Deuteronomium totum adeſt.

Multa notabilia in hiſce gloſſis MS. occurrunt. Vt unum alterum adducetur, occurrit

I. Notabilis ille locus, cuius pro ſingulari ſua induſtria et eruditione Wagenſeilius noſter, uir omni laude maior, in Confutatione Carminis Lippmanniani p. 323. meminit, et qui in Venetis et Buxtorfianis Bibliis omiſſus eſt, ac proinde eum ex Codice ſuo MS. feliciter reſtituit.

II. Occurrunt duo Schemata in codice hoc expreſſa, quae in editis exemplaribus Buxtorfianis non apparent; ad illuſtrationem uero textus multam conferre poſſunt. *)

Continet hic Codex omnes Haphtharoth, ſiue Sectiones Propheticas, cum integro praedicti Iſaacidis commentario, in quo unum alterumue locum hilariter aduertit uir doctiſſimus, b. Ioh. Wülferus, Antiſtes Eccleſiæ Sebaldinae Norib. in ſtudiis Hebraicis exercitatiſſimus, cuius in Bibliis Buxtorfianis nec uola apparet, nec ueſtigium.

Sequitur tandem in hoc Codice Commentarius eiusdem Iſaacidis in quinque, ut uocant, Mechilloth, in libellum Eſther puta, Canticum Canticorum, Ruth, Threnos ac Eccleſiaſtem, qui ultimus tamen mutilus eſt. Habendus itaque reuera in pretio hic codex, poſſetque cum Wagenſeilianis forſan certare, niſi iniuria temporis, aut blattis tineiſque, aut ab aquarum flammarumue forſan ui multum paſſus eſſet, et ita quidem, ut omnia non ſolum

 legi

*) Ita Ioh. Wülferus in epiſtola. Vid. Wolfii Biblioth. hebr. Vol. IV. p. 986.

legi non queant, ſed etiam multa perierint. Hoc certum eſt, complures adhuc lacunas in Bibliis Buxtorfianis ex eodem ſuppleri poſſe.

* *

Liber precum iudaicarum. In membrana.

Codex Syriacus.

Codex quatuor Euangeliorum, Verſionis Syriacae ſimplicis,

Scriptus eſt hic Codex in membrana maximam partem, et conſtat foliis CLXXXVI, quorum viginti tantum ſunt chartacea. Forma eius eſt quadrata, minimi moduli, ad noſtram octauam accedens. Latior character literarum Eſtrangelus *) ſummamque antiquitatis notam prae ſe fert.

Prior enim pars, in membrana ſcripta, poſteriorem aliquot ſeculorum interuallo antecedit.

In primo codicis folio chartae turcicae conſpiciuntur duae uoces ſyriacae; in altera pagina eſt index pericoparum

*) Doctiſſ. Iac. Georg. Chriſtianus Adlerus hanc appellationem non a ϛϱογγυλος, *rotundus*, ſed ab arabico *ſatar*, (ſcriptura) et *Angil* (Euangelium) deriuat, quia Syri haſce characteres maiuſculos ad Euangelia ſcribenda adhibuere, ut ſit *ſcriptura Euangelii*, oppoſita minuſculis et uolubilioribus litteris, quas eodem tempore in uulgo uſitatas fuiſſe, idem oſtendit pag. 7 libri ſui praeſtantiſſimi: Noui Teſtamenti Verſiones ſyriacae, ſimplex, Philoxeniana, et Hieroſolymitana, Denuo examinatae et ad fidem Codicum manuſcriptorum Bibliothecae Vaticanae, Angelicae, Aſſemanianae, Mediceae, Regiae aliarumque, nouis obſeruationibus atque tabulis aere inciſis illuſtratae, Hafniae, 1789. 4 mai, cum V Tab. aen. Idem quoque ſuſpicatur Ioh. Dauid Michaelis, in Grammatica Syriaca, (Halae, 1784. 4) pag. 15.

rum dominicalium, ni fallor. In folio ſecundo leguntur ſequentia manu donatoris exarata:

Haec 4 Euangelia S. Matthaei, Marci, Lucae et S. Ioannis, antiqua Syriaca lingua et litera ſcripta emi Damaſcj, a Patre Michaele Damaſcino Maronita, pridie Cal. April. 1622. *)

Sequuntur folia Euangeliorum in denſa membrana. Primum folium enumerationis lectionum Matthaei recitandarum in feſtis, deeſt, ita ut index nunc a lectione ſexageſima incipiat. In altero latere incipit Euangelium Matthaei inſcriptione rubro colore exarata, ita a Iohanne Albrecht tranſlata: *In ſpe Dei omnipotentis incipimus, quod ſcribemus Euangelium ſacroſanctum, praedicationis Matthaei Apoſtoli.*

Multa uero in hoc codice occurrunt, quae quatuor illi praecipui Codices N. T. Syriaci, Widmanſtadianus nempe, Palatinus, Vaticanus, et Colonienſis, non exhibent.

1) Obſeruantur exegeticae notae non raro in latere, inter quas haec eſt ridicula Ioh. V. v. 2. quae dicit: Corpus Eſaiae Prophetae abſconditum fuiſſe in piſcina Betheſdaea, in quam Angelus deſcendit ad aquas mouendas.

2) Peculiaris plane eſt lectionum enumeratio, ſingulis Euangeliſtis (ſoli Matthaeo mutilato) praefixa et minio notata.

Summa in quolibet Euangeliſta haec eſt: in Matthaeo numerantur LXX, in Marco XLIX, in Luca LXXXIII, in Iohanne XIX.

 3) Va-

*) In ultimo Codicis noſtri folio legitur donatoris nomen: *Jacob Fetzer D.* qui illum 1630 Bibliothecae Academiae Altdorfinae teſtamento legauit.

3) Variae Lectiones pluſculae occurrunt, quae multis difficilibus N. T. Syriaci locis lumen affundunt, et ſagaciſſimas coniecturas quorundam Criticorum confirmant.

Excerpſit olim eas Ioh. Ern. Gerhardus, celeberrimus Theologus, et auctor fuit Iohanni Albrechto, Hildeſienſi, ut eas ederet, quod fecit edito libro ſub hoc titulo: Variae lectiones Syriacae Codicis IV. Euangeliſtarum MS. uetuſtiſſimi, e Bibliotheca Gerhardina. Ienae, 1666. 8.

Sed tantum ex Matthaeo et Marco collectae ſunt uariae lectiones. E Luca et Iohanne eas docebit Doctiſſ. Dom. Georgius Laurentius Bauer, Profeſſor publicus Linguar. Orientis in Vniuerſitate Altdorf. meritiſſimus.

Celebratus eſt hic Codex ab Hottingero, in Diſſ. de translatione Bibliorum in linguam uernaculam p. 575. a Iohanne Erneſto Gerhardo in Diſp. de Nouo Teſtamento Syriaco, *) ab Hackſpanio in Diſſertationibus paſſim; ab Opitio in Syriaſmo, p. 13, et 14. et a Lelongio in Bibl. Sacra c. II, n. V.


Gloſſae paucae marginales ſunt etiam ſyriaca lingua ſcriptae; Matth. VII, 6 et VIII, 20 recentiore, Lucae autem c. XXIV, 43 et Ioh. V, 4 antiquo charactere, ita ut a prima manu eſſe uideantur. Hae ultimae gloſſae antiquiſſimae incluſae ſunt lineis rubris, uti in Codice II Aſſemaniano Verſionis Philoxenianae apud Adler. Tab. VI. b.

Deſi-

*) Ienae edita 1645. 4 ubi autem nomen oppidi in epigraphe Codicis legerat פך loco מרך, et aeram retulit 1500 pro 1555.

Tab.

Specimen codicis IV Evangel. Syr. Biblioth. ad pa[g.]
Univerſit. Altdorfinae
Ioh. I, 1. 2. 3.



C. T. de Murr del. 1790. I. G. Sturm ſc. Nor[...]

Deſinunt folia 166 membranacea in uoce penultima לה *) commatis 47 capitis XI Iohannis, ita ut uiginti folia reliqua Euangelii Iohannei a recentiori manu in charta turcica exarata, incipiant ab ultima commatis huius uoce הכנא.

Deſunt etiam in codice Guelferbytano quatuor Euangeliorum, (in folio,) ſyriace A. C. 634 charactere eſtrangelo in membrana conſcriptorum, ultima Euangelii Iohannis capita, ſuppleta a donatore, P. Athanaſio Kirchero. Vid. Iac. Burckhard Hiſt. Biblioth. Aug. Wolfenbuttel. P. I, p. 134, et 237. Erudite, ut ſolet, deſcripſit iſtum codicem V. C. Paullus Iacobus Bruns in Annalibus ſuis litterariis 1782, m. Iulio, pag. 1 — 6, atque uariantes lectiones collegit in Repertorio biblico, T. XV, pag. 163 et T. XVI, p. 107 ſeq.

Exhibeo, ut ſit ſcripturae **) ſpecimen, initium Euangelii Iohannis ***), quod praecedit index, qui, quo tempore, die feſtiſque Euangelia recitari debeant, exponit.

*) Ob defectum typorum ſyriacorum in Norimb. typographiis, hebraicis litteris uti cogimur.

**) Codex noſter non penna, ſed calamo ſcriptus eſt. Scribunt Syri (id quod ſaepe uidit doctiſſ. Adlerus) non more Hebraeorum, uel Arabum, a dextra ad ſiniſtram, ſed Sinenſium inſtar, a fronte paginae uerſus pectus, quae deinde, conuerſa charta, a dextra ad ſiniſtram legunt. Vid. Dom. Adleri Noui Teſt. uerſiones ſyr. denuo examinatae, pag. 61 et einſd. breuis L. ſyriacae inſtit. pag. 4.

***) Vid. Tab. I. Sunt priora tria commata, praeter ultimam uocem commatis tertii, id quod in folio ſequente ſcriptum eſt.

Margini minio adſcriptus eſt primi capitis numerus, infra quem numerus pericoparum Ammonianus conſpicitur.

Claudunt euangelium Iohannis tres lineae rubro colore ſcriptae, aliaque partim ſyriaca, partim carſchunice ſcripta, i. e. arabice litteris ſyriacis. Hoc enim modo ſcribere ſolent Chriſtiani Syri, quorum lingua uernacula arabica eſt. Auctorem huius ſcribendi generis eſſe dicunt hominem aliquem, nomine Carſchun. Simili fere modo Chriſtiani S. Thomae malabarice ſcribunt litteris ſyriacis, cuius ſcripturae ſpecimina Romae uidit doctiſſ. Adlerus. *)

In altero ultimoque Euangeliorum folio legitur lineis 16 epigraphe **) manu ſcriptoris ultimorum Euangelii S. Iohannis capitum, quam ita uertit b. Guſtauus Georgius Zeltnerus: *Scriptum eſt* (enim) *cum recognitione* (attentione) *ſcripturarum id quod reliquum* ***) *erat ex Euangelio hocce* (Jam) *Accipe ſummam ſeu complementum ſcripti huius ſancti Euangelii Venerabilis Meſſiae, Dei noſtri Quatuor Euangeliſtarum ſanctorum Anno Milleſimo et quingenteſimo et quinquageſimo quinto* (aerae) *Graecorum:* ****) *medio menſe Chaſiran* (Iunio)

*) Noui Teſt. uerſ. ſyr. examinatae, pag. 60, adnot.

**) Omiſit primam epigraphes huius lineam Albrecht in praefat. pag. 8 nec integram dedit epigraphen.

***) Vertit poſtea Cl. Dom. Adlerus ita: *Scripta autem ſunt in memoriam ſcriptoris quieti huius Euangelii*, additque מנחא *Alenocho*, quietus, cognomen uideri fuiſſe, quod honoris cauſſa defunctis dabant, fere ut noſtrum *beatus*. Noui Teſt. Verſiones ſyriacae etc. pag. 15.

****) Quum aera Graecorum initium ſumat a Seleuco Nicanore, Syriae Rege

nio) *die quarto* (Mercurii) *in ſabbato* (hebdomatis). *Scriptum autem eſt in Pharech loco ſancto, qui eſt domus peregrinantium* (xenodochium) *per manus peccatrices et reas hominis peregrinantis et minimi inter peregrinos. Petimus igitur ab omni fratre ſeparato* (ſeu monacho), *qui incidit in has lineas, ut adiuuet, quocunque modo poſſit. Vtque oret pro delictis, ſuper peccatis et calamitatibus eius, qui ſcripſit, quantum ualet, et ſuper omni, qui orat pro nobis; et ſuper omnibus, qui nobiſcum communicant* (precibus aut eleemoſynis) *in die domini ſint poſt eos* (ſequantur eos haec beneficia) *in ſecula ſeculorum. Et fuit Euangelium hocce ſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti, magiſtri noſtri Pauli, incolae honeſti, et Preſbyteri* (Senioris) *illuſtris montis Ebronaei* (forte Hebron) *ex Cephar Schalto* (כפרשלטא) *ciuitate,* *) *qui illud ſibi comparauerat a quodam, qui arma induit in uſum* (beneficentiam) *Dei. Quicunque legit, oret pro ipſo, et pro omnibus patribus eius, et quotquot cum eo communionem habent. Et quiſquis orat, ipſe expiationem peccatorum ſuorum nanciſcetur. Amen. Amen.*

Sequuntur quatuor folia.

E regione in ſequenti folio recentiore manu lineae quinque ſunt et infra has duae lineae, atramento rubro ſcriptae,

ut

Rege, annoque mundi 3638, qui ſunt anni ante natum Chriſtum 309, demtis totidem annis ab annis 1555 prouenit annus Chriſti 1246 reſpondens anno Graecorum 1555, quo ultimae paginae a Ioh. Cap. XI, u. 48 ſunt conſcriptae.

*) Melius uertit Dom. Adler: *Nunc uero hoc Euangelium ſanctum peculium eſt Rabban Pauli monachi Turabdinenſis e pago Caſarſalta, qui illud emit de eo, quod ex gratia Dei habuit.*

ut et in ſequenti latere folii octo lineae craſſis litterarum ductibus exaratae conſpiciuntur, et alia carſchunice in ſequentibus foliis. Vltimum arabice ſcriptas uoces continet, lectu difficiles.

Aethiopicus

Libellus precum. In membrana; in forma minima. Foliorum 109.

Arabici.

Coranus, in forma octaua, nitide ſcriptus. Primae duae paginae auro, uariiſque coloribus, et florum figuris, exornatae ſunt. Donauit eum bibliothecae perill. Dom. Chriſtoph. Fürerus ab Haimendorf in Wolkersdorf, Inclutae Reip. Norimb. dum uiueret, Duumuir et Scultetus grauiſſimus. Prima Sura argumento caret, et a uoce בשם incipit.

Alius Coranus. Vid. Theodorici Hackſpan Fides et Leges Mohammedis, exhibitae ex Alcorani MSto duplici. Altd. 1646. 4.

Taſſir Kadhi Beidhawi, ſiue Naſſreddini Abulchairi Abdallah Ibn Omar Aſſhirazi Al - Beidhawi († 1286) *Alkaſchaf*, ſ. commentarius in totum Coranum, cui totus Corani textus minio ſcriptus inſertus eſt. In 4.

Iſte amplus Korani Commentarius celeberrimus eſt, *) nactuſque multos explanatores, quos nominat b. Michael Caſiri,

*) Marraccius ualde uſus eſt eo in adornanda ſua Corani editione atque explicatione.

Caſiri, in Bibliotheca Arabico - Hiſp. Eſcorialenſi, T. I, pag. 491 ſeq. Codex noſter integer eſt optimeque ſeruatus, quo iam A. 1698 Bibliotheca publica donata fuit a M. Iohanne Ferdinando Weisbeckio, Poſonienſi Hungaro. Vndecim folia a manu recentiore ſcripta ſunt. Vid. *Fränkiſche Acta erudita* et curioſa, Parte XVII p. 429, 430. *d'Herbelot* Bibliotheque orientale.

Borhaneddini Alzernuchi Enchiridion Studioſi. Relandus edidit.

Serari-Ibn Schoban Controuerſiae grammaticae.

Graeci.

Xenophontis Cyropaediae Libri VIII.

E Bibliotheca b. Godofredi Thomaſii. Codex membranaceus Saec. XIII. in fol. mai. Foliorum 59.

In primo folio legitur : *Liber Vincentii Obſopoei et ſuorum amicorum.* Fuit quondam Budae, in Bibliotheca Matthiae Coruini, Regis Hungariae.

In altero folio iſtud Tetraſtichon ſcriptum eſt a Baptiſta Guarino, Guarini Veronenſis († 1460) filii, et profeſſoris publici graecae linguae Ferrarienſis, qui codicem patri dono dedit, et ipſe non nulla Xenophontea latine uertit:

Τηνπερ εγω βιβλον κλεινου παις δωκα γαρινου
Βαπτιςης. Φαιδρῳ ξεινιον λαβε φερτατε θυμῳ,
Μικρον μεν, σφοδρον δε, πατερ, μεγα τεκμαρ ερωτος,
Μνημα δ᾽ εμης μονιμον φιλιας και αμυμονος εσω.

Iſtum librum dedit Baptiſta, filius celebris Guarini. Accipe, pater, laeto animo munus illud paruum quidem, magni tamen

mon amoris filialis ſignum. Sit ſtabile cultus mei integerrimi monumentum.

Deſunt octo folia, nimirum Libro IV, a uerbis: ενθα αἱ αρχαι εισιν του etc. uſque ad uoces Libri V επαθον ὑπ' αυτων; f. in edit. Baſil. 1555 fol. a pag. 65 — 85.

Codex duabus columnis exaratus eſt.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥΠΑΙΔΕΙΑΣ Α.

Contuli Libri primi atque ſecundi capita priora, ut et Libri octaui caput ultimum huius egregii codicis cum editione Hutchinſoniana. En lectiones diſcrepantes:

L. I, Cap. I, Sect. 2: αφιλουμενοις απ' αυτων.

Sect. 3. Ο'τι μεν δη ταυτα ενενοουμεθα.

ὀτι κυρος ανηρ εγενετο περσης.

Sect. 4. Και τ'αλλα δε εθνη ώσαυτως ὁσα ἀκουομεν.

ώσαυτως ὀυτος και τα εν τη ασια.

και παφλαγονων και μαγαδιδων, και αλλων.

Sect. 5. εδυνηθη δε ερωτα εμβαλειν εις τοσαυτην γενναν του ἑαυτ.

χαριζεσθαι.

Pro ην τε προς ἑω, εαν τε προς ἑω, εαν τε προς ἑσπεραν.

Loco ποιαν τινα φυσιν, ποιαν ποτε φυσιν ἐχων, και ποια ποτε

παιδειν.

μσθησθαι δοκουμεν παρ' αυτου.

Lib. II, Cap. I, Sect. 1. τοις περσιδα γην εχουσιν.

Sect. 2. Ο' δε εφη διςμυριους.

Κροισος μεν γα.

Αρτακαμαν δ.

Αραβαιον δ.

Ο' δ

Ὁ δε ασσυριος αυτος.
ἁρματα δε ου μειον διακοσιων.
και τοξοται, εγω μεν οιομαι, μειον' αν.
ουκ ολιγου νομιζεις περσων.
περσαις το δεινον ἡξει.
Τι μεν αλλοτε συ ὁρας αμεινον τουτου.
εφη ὁ Κυρος, ει ὡς ταχιστα ὁπλα ποιοιμην.
διαπι εχοντες προσιερχονται παρ' ἡμων.
ὡς μη σχολαζωσιν μητε μενειν, μητε αναστρεφεσται;

Sect. 3. Ενθα δη λεγει ὁ κυρος συναγαγων αυτους.

Sect. 6. κακιονας ὑμας pro ὑμιν. Mendum librarii.
και τις εκ τουτων καλος καγαθος.
και ει τι χειρονες ἡμαν.
Ad uerba μη τι παισαντες, in margine legitur
η παιοντες.
ὁ τα των ἡττονων.
ὁρατε τα ὁπλα.

Sect. 13. ην τις αυτα διασπαση.

Sect. 14. ει τι αλλο δεομενος.
δυνασθαι τι ποιειν.

Sect. 15. Κυρος δε αυτος.
ὡς ἱκανη ειη.
και των δεκαταρχων.
και ὁποτε τινας ιδοι.
ετι δε και σφοδρους.

Lib.

Lib. VIII, Cap. ult.

Sect. 1. Οτι μεν δη αριστη και καλλιστη
ἡ κυρου βασιλεια.
ποντω. και προποντιδι. και ἑλλησποντω. προς ἑσπ.
pro ετρεπετο, ετρεποντο.
pro ημπεδουν, ενεπεδουν.

Sect. 3. pro και τηδε, και ταδε.
νυν δε και αυτικ, ὡσπερ μιθριδατης τον πατερα αριοβαρζανην
προδους και ην τις ὡσπερ λεομιθρης &c.
μεγιστους ὁρκους ὁμοσ παρα βασιλει.
παντες, ὡς επι το ασεβες.
επι αυτους ὡς επι το πολυ.
Αθεμιστοτεροι μεν γαρ δη νυν.

Sect. 5. νυν αυτο τουτο.
μητε αποπτυειν.
νυν δε μεν μη αποπτυειν.
ἡνικα μεν δε πρωϊαιτατα.

Sect. 6. ὡς μηδεν αν ετι θαυμασαι.

Sect. 7. αρταξερξης και οἱ συν αυτῳ.
φιλοποιοι γινοιντο, και συν τοις &c.

Sect. 9. και σωματα, και ποδας.
ἑτερας σκιαδας.

Sect. 10. επιχωριον ην, τους μεν &c.
και τ'αλλα, ἁ ρυθμιζουσι.

Sect. 11. ουθ' ὁταν αοπλοις πολεμωσιν.
και ασεβεστερους περι θεους, και ανομωτερους περι συγγενεις.
εἰ δε τις αντια ιμοι γιγνωσκει.

* *

Αιτιου

Αετιου αμηδηνου συνοψις των τριτων βιβλιων Οριβασιου του προς Ιουλιανον, και του προς Ευσταθιον και αυω, και εκ των θεραπευτικων βιβλιων Γαληνου και αρχιγενους και ρουφου και έτερων τινων αρχαιων επιστημων. Codex chartaceus Saec. XVI.

Libri IV compilationis Aetii Amideni (qui ſub finem ſaeculi V uixit) ex editione Aldina *) deſcripti ſunt Saec. XVI, id quod ex comparatione didici.

Praemittuntur gallicae non nullae adnotationes, quae uariantes, ſeu potius deſcriptoris ſ. librarii menda, indicant.

Αι διαφοραι των κατα μερος ενεργειων τε έκαστῳ των φαρμακων γινεται etc.

Codicis forma eſt octaua maior. Ex bibliotheca Vffenbachiana b. Schwarzius Bibliothecae academicae intulit.

Gallus

*) Venetiis, in aedibus haeredum Aldi Manutii, et Andreae Aſulani. 1534. fol. Sed libri tantummodo octo priores hic editi ſunt. Reliqui octo in pariſina, ueneta, uaticana, uindobonenſi et Lipſienſi bibliothecis adhuc manuſcripti adſeruantur. *Latine* primus Ianus Cornarius, Zvvickauienſis, uertit libros poſteriores ab VIII ad XIII. Baſil. 1533. fol. Anno ſequenti Ioh. Bapt. Montanus libros X reliquos, et cum Cornarianis edidit Venetiis. fol. apud Aldi haeredes. (et 1553. 8.) Inde Cornarius recudit Montani uerſionem Baſileae, 1535, et 1536 fol. Denique uertit eoſdem libros X, quos Montanus uerterat, et totum Aetii opus edidit Baſileae, 1542. 1549. fol. Venetiis, 1549. 8. Lugduni, 1549. fol. 1560. 12. 4 Vol. Leguntur etiam inter Medicae Artis principes Henr. Stephani, 1567. fol. P. II, pag. 2 -- 841. Vid. Ill. et immortalis Halleri Biblioth. Medicinae practicae, T. I, pag. 302.

Gallus poſſeſſor praemiſit notulas quaſdam, de uarian-
tibus librorum Aetii, ſeu potius librarii mendis.

a *Il faut ajouſter dans l'imprimé* ἕκαςον αὐτῶν *qui n'eſ*
point dans les exemplaires ce qui ne ſemble pas neceſſaire.

b προήκειν *dans l'imprimé* προσήκει *dans le mſ. Il me ſembl*
meilleur.

c ἐν ἑκάςῳ *dans l'imprimé* ἐν ἑκάςῳ *dans le mſ. ce qui eſ*
mieux etc.

Duo priora folia ualde manca et exeſa ſunt.

Sequuntur Hippocratis Aphoriſmi ab alia et antiquior
manu Saeculi XV. Aphoriſmi colore rubro, explicatio uer
Philothei nigro ſcripta ſunt. Additi ſunt accentus et ſpi-
ritus, excepta littera geminata ϱ, ſimplicem autem ſcriba ab
initio uocis inſtruit ſpiritu, et u. g. ῥαςώνΗ ſcribit; ſed iot
ſubſcriptum ubique omiſſum eſt. Subiectus eſt ſinguli
aphoriſmis commentarius ineditus *Theophili* protoſpatharii
a dignitate dicti, qui et *Philotheus* et *Philaretus*, Stephan
Athenienſis praeceptoris. *) Sub initium ſeptimi ſaecul
uixiſſe putatur, Heraclio imperante. Exſtant etiam in bi-
bliotheca regia pariſina, num. 2149, in uindobonenſi (Lam-
bec. VI, pag. 165) et in medicea (Bandini III, pag. 98 e
102). Ludouicus Corradus eos latinitate donauit Venetiis
1549. 8. Quae translatio Spirae 1581. 8 recuſa fuit. **)

Grac

*) Vid. Halleri Biblioth. med. pract. T. I, pag. 307, 309. Haemorrha-
giae narium, opii ope a Philareto curatae, Rhazeus meminit i
opere magno *Elchavvi*, ſ. Continente, Libro XXI. Fabricii Bi-
blioth. gr. Vol. XII, p. 649.

**) Mirum quantum extollit Philotheum Martinus Rota in praefation

edi

Graeca Philothei citat Henricus Stephanus in theſ. linguae graecae, T. II, col. 289. a.

Deſunt priora folia huius commentarii. Adeſt ſaltem ultimum Sectionis primae Aphoriſmorum folium, ita ut initium faciat explicatio Aphoriſmi uiceſimi quarti Hippocratis.

τα διακαη και ζεουσαν εχοντα την ὑλην. Καὶ την θερμασιαν. ...οι δε καταχρηστικως το νοσημα φαρμακιαν δε την καθαρσιν. εν τουτοις ουν τοις παθεσιν, ολιγακις δει χρησασθαι τη καθαρσει. δια το πολ... ...λιαν γινεσθαι τοις σωμασι τη ευκινητω φορα του νοσοποιου αιτιου, ... και τον το φυσει προεξει κρινησαντας δει ποιειν rel.

 (Acu-

editionis Spirenſis hoc modo: *Philotheus, qui a nonnullis Theophilus dictus eſt, medicus fuit perquam eruditus, et quantum coniectura aſſequi licet, Ariſtotelicis diſciplinis haud leuiter imbutus. Nam et eius de urinis liber, qui pridem Latinus factus eſt, peripateticam methodum ſapit: et haec nunc primum in latinum ſermonem translata eius commentaria, tanta ſunt diligentia et arte conſcripta, ut neminem fore exiſtimem, qui non etiam, poſtquam Galenum legerit, magnopere iſta percurriſſe gaudeat. Si quid eſt enim obſcurius ab Hippocrate prolatum, id ipſe quam primum exponit, deinde quibus in temperaturis, aeſtatibus;* (Editio Veneta: aetatibus. Recte,) *temporibus, et morbis ſententia eius contineatur, aperte declarat: poſtremo cauſſam omnium, quae dicantur, optimam adducit, et ſi quid dubitabile ſupereſt, poſtmodum accurate diluit: tanta breuitate et facilitate, ut nullum in eius dictione aut ſenſum impertinens reperias, nihilque tam obſcurum ſit, quod non a quouis mediocriter erudito ſtatim aſſequi poſſit. Quamobrem non eſt, lector, quod dubites, quin ex huiusce libri paruitate magnam doctrinae frugem reportaturus ſis, uale.*

(Acutos morbos Hippocrates nunc uocat breues, qui breui mouentur,) ardentes, et feruentem habentes materiam et calefactionem, paſſionem autem uocat morbum, licet improprie, φαρμακείαν autem purgationem. In his igitur paſſionibus raro oportet uti purgatione, cum maxime laborent corpora ob facilem motum cauſſae facientis morbum, et materia ſit cruda, ſed et hoc dicit faciendum, cum prius recte iudicauerimus, ſi enim uirtus eſt robuſta, et fluida ſint corpora, oportet purgare, ſi autem oppoſito modo res ſe habeat, immo etiam humor crudus ſupernatet in uentriculo, uel ſaepenumero ſurſum attollantur humores, non oportet uti purgatione.

Hippocratis ſectionis ſ. libri primi aphoriſmus ultimus.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τέ καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δὲ ἐναντία δυσχερῶς.

In hoc aphoriſmo δὲ legitur; non autem δ', et loco καὶ eſt compendium ſcribendi ς', quo ſcriba ſaepius uſus eſt.

Philothens. *Εἰ καὶ ἀνωτέρω εἴρΗται ὁ νῦν λεγόμενος ἀφορισμὸς, ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίως εἴρΗται. ἐκεῖ μὲν γὰρ περὶ τῆς φυσικῆς κενώσεως εἴρΗται· ἐνταῦθα δὲ περὶ τῆς τεχνικῆς. καὶ ἡ ἑρμΗνεία τοῦδε τοῦ ἀφορισμοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ περὶ φυσικῆς κενώσεως διαλεγομένῳ ἀφορισμῷ σαφῶς διηγόρευται.*

Expoſitio Philothei in aphoriſmum primum ſectionis ſecundae denuo haud integre adeſt, nam deſunt iterum quaedam folia: unde ad aphoriſmum ſeptimum progredi debemus, qui in codice noſtro totus reperitur.

Hippo

Hippocratis aphoriſmus VII ſectionis ſecundae:

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα νωθρῶς ἐπανατρέφειν· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

Philotheus. *Ἐνταῦθα φησὶ πρὸς τὸν ἰατρὸν ὅτι σκόπει ὦ ἰατρὲ ἐπὶ τῶν ἀνακομιζομένων τὸ προηγησάμενον ὅσημα. εἴτε χρόνιον ἦν, εἴτε ὀξὺ. καὶ εἰ μὲν ἐν πλείονι χρόνῳ ἐλεπτύνθη τὸ σῶμα νωθρῶς ἐπανάθρεψον. τουτέστιν ἐν πλείονι χρόνῳ, καὶ κατὰ μέρος. ὅτι τοῖς ἐν πλείονι χρόνῳ λεπτυνθεῖσιν ἐκτήκονται μὲν, αἱ σάρκες· ἰσχνὰ δὴ γίνονται καὶ τὰ ἄλλα· δι' ὧν αἱ πέψεις τοῖς ζώοις συντελοῦνται· καὶ ἡ ἀνάδοσις· καὶ ἡ ἐξαιματωσις· ὥστε οὐ δύνανται τοσαύτην κατεργάσασθαι τροφὴν, ὅσης δεῖται τὸ σῶμα. τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ ὀλίγως. τουτέστι συντόμως καὶ πλείονα τροφὴν παρέχειν. ἐπὶ τούτων γὰρ τὰ ὑγρὰ μόνον ἐκενώθη· τὰ μὲν τοι στερεὰ ἐῤῥωσθαι. οὕτως ἂν χρῷ ἐπὶ τούτων τροφῇ θαρρῶν τῇ τῶν στερεῶν εὐρωστίᾳ.*

Vox *θαρρῶν* nullo ſpiritu affecta eſt.

Huc apponemus interpretationem Corradi, et deinde noſtram addemus, ut appareat, qua licentia illa ſuperfluat; quae in toto libro huius generis eſt.

Corradus. *Hoc loco admonet medicum, ut conſideret in iis, qui conualuerunt, morbum qui praeceſſit, utrum fuerit diuturnus, an breuis.* *Hoc autem patet ex eo* (in longo tempore, et breui). *Si enim longo tempore extenuatum fuerit corpus, lente nutriendum eſt, hoc eſt longiori tempore. Nam cum ex morbi diuturnitate contabuerint carnes, conſecuta eſt imbecillitas ſolidarum partium, quarum opera fit abſoluta concoctio, diſtributio, et ſanguinis generatio in animalibus, ut non poſ-*

 ſint

ſint tantum alimentum conficere, quanto corpus indiget. (Si autem breui, breuiter.) *Hoc autem breui tempore copioſum nutrimentum exbibemus. In his enim, cum bumidae ſolum partes exbauſtae ſint, ſolidae, robuſtae ſunt. Hoc modo igitur oportet confidere in robore ſolidarum partium.*

Nageliana *interpretatio.* Hic dicit medico: conſidera o medice, in conualeſcentibus antegreſſum morbum, utrum diuturnus, an acutus fuerit. Et ſi quidem longius tempus extenuatum fuerit corpus; tarde refice; hoc eſt, longiori tempore, ac ſigillatim; quod per maius tempus extenuatis imminuuntur quidem carnes; gracilia uero fiunt etiam alia, quibus concoctiones in animantibus conficiuntur, et diſtributio, atque ſanguinis generatio. Atque adeo non poſſunt tantum elaborare nutrimenti, quanto eget corpus. *Quae uero breui, breuiter.* Hoc eſt, acutum, et copioſius alimentum praebe. His enim humida tantummodo uaeuefacta; ſolida uero robuſta ſunt. Sine dubitatione igitur utere in his nutrimento, et confide ſolidorum robori.

Sectionis ſecundae, aphoriſmus VIII Hippocratis.

Ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι τὸ σῶμα πλείονος τροφῆς χρέεται. Ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

Philotheus. Ὅσοι ὀρέγονται τροφῆς ἐκ νόσων ἀνακομιζόμενοι, καὶ δαψιλῆ λαμβάνουσι, τὴν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀδυνατοῦσιν ἀνακτήσασθαι· καὶ δῆλοι ὅτι πλείονι χρῶνται τροφῇ, καὶ διὰ τοῦτο ἀδυνατοῦσι. βαρύνονται γὰρ μᾶλλον ἢ τρέφονται. διὰ τὸ αἱ φυσικαὶ δυνάμεις τοῦ σώματος ἀσθε-

νε.

ις εἶναι, καὶ μήτε χυλοποιῆσαι κατὰ λόγον, μήτε ἐξαιματῶσιν, μήτε ...ψιν γίνεσθαι. ὅσοι δὲ οὐ λαμβάνειν αὐτάρκως δυνάμενοι τροφὴν ἔχουσιν ἀδυναμίαν, μοχθηροὺς ἔχουσι χυμοὺς, οἳ εἰ μὴ κενωθῶσιν, ἀδύνατον αὐτοὺς τὴν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀναλαβεῖν. τὰ γὰρ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων *) ὀκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. εἰ δέ τις ἀπορῶν λέγει ὅτι εἰ ὀρέγονται, πῶς οὐ τρέφονται. λέγομεν ὅτι ὀρέγονται μὲν ἐκ τοῦ **) ἐρῶσθαι τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν· οὐ πέττουσι δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο οὐ τρέφονται.

Sequuntur reliquae Sectiones, ſ. Τμηματα, uſque ad Aphoriſmum 59 Libri VII. Τοις σωμασι τοις ὑγρας εχουσι τας σαρκας etc. Tranſpoſiti ſunt huius Libri ſeptimi aphoriſmi, omiſſo uiceſimo ſeptimo. In Corradi uerſione numerantur tantum 49, quia in ueteribus editionibus Hippocratis ſaepe aphoriſmi contrahuntur miſcenturque cum aliis. Philotheus reliquos XXVI haud explicuit, quia iam Galenus eos ſpurios eſſe putabat.

Vltima quinque folia ab alia manu adhuc peiori exarata ſunt. Sub finem a manu poſſeſſoris cuiuſdam legitur: Τελος των λειπομενων (ſcil. ὑπομνηματων ſiue πραγματειων) Θεοφιλου φιλοσοφου εις τους Ἱπποκρατου αφορισμους.

 In

*) Sine neceſſitate in cod. manuſcr. exſtat ὀκόσον pro ὁπόσον.

**) Et hic ἐρῶσθαι ſpiritibus caret.

***) Vid. b. Nagelii progr. de iſtis Philothei commentariis, a. 1788 d. 25 Iulii in memoriam Viri ill. Chriſt. Iac. Trewii ſcriptum, e quo locus Philothei appoſui, ſed auctos.

ſint tantum alimentum conficere, quanto corpus indiget. (Si ad tem breui, breuiter.) *Hoc autem breui tempore copioſum nu trimentum exhibemus. In his enim, cum humidae ſolum part exhauſtae ſint, ſolidae, robuſtae ſunt. Hoc modo igitur oport confidere in robore ſolidarum partium.*

Nageliana *interpretatio.* Hic dicit medico: conſidera medice, in conualeſcentibus antegreſſum morbum, utru diuturnus, an acutus fuerit. Et ſi quidem longius temp extenuatum fuerit corpus: tarde refice; hoc eſt, longio tempore, ac ſigillatim; quod per maius tempus extenuat imminuuntur quidem carnes; gracilia uero fiunt etiam ali quibus concoctiones in animantibus conficiuntur, et diſt butio, atque ſanguinis generatio. Atque adeo non poſſu tantum elaborare nutrimenti, quanto eget corpus. *Q uero breui, breuiter.* Hoc eſt, ſtatim, et copioſius alime tum praebe. His enim humida tantummodo uacuefac ſolida uero robuſta ſunt. Sine dubitatione igitur utere his nutrimento, et confide ſolidorum robori.

Sectionis ſecundae, aphoriſmus VIII Hippocratis.

Ἢν ἐκ νόσυ τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι σῶμα πλείονος τροφῆς χρέεται. Ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνων τ γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσεως δέεται.

Philotheus. Ὅσοι ὀρέγονται τροφῆς ἐκ νόσων ἀνακομιζόμενοι, δαψιλῆ λαμβάνυσι, τὴν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀδυνατῦσιν ἀνακτήσασθαι· δῆλον ὅτι πλείονι χρῶνται τροφῆ, καὶ διὰ τῦτο ἀδυνατῦσι. βαρύνον γὰρ μᾶλλον ἢ τρέφονται. διὰ τὸ αἱ φυσικαὶ δυνάμεις τῦ σώματος ἀσ

τις εἶναι, καὶ μήτε χυλοποίησω κατὰ λόγον. μήτε ἐξαιματῶσιν, μήτ' ...ειν γίνεσθαι. ὅσοι δὲ οὐ λαμβάνειν αὐτάρκως δυνάμενοι τροφὴν ἔχουσι ἀδυναμίαν, μοχθηροὺς ἔχουσι χυμοὺς, οἳ εἰ μὴ κενωθεῖεν, ἀδύνατον ...ντ' ς τὴν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀναλαβεῖν. τὰ γὰρ μὲν καθαρὰ τῶν σωμάτων *) ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. εἰ δέ τις ἀπορῶν λέγει ...ι εἰ ὀρέγονται, πῶς οὐ τρέφονται. λέγομεν ὅτι ὀρέγονται μὲν ἐκ τοῦ **) ερρῶσθαι τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν· οὐ πέττουσι δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο οὐ τρέφονται.

Sequuntur reliquae Sectiones, ſ. Τμηματα, uſque ad aphoriſmum 59 Libri VII. Τοις σωμασι τοις ὑγρας εχουσι τας ...ας etc. Tranſpoſiti ſunt huius Libri ſeptimi aphoriſmi, omiſſo uiceſimo ſeptimo. In Corradi uerſione numerantur tantum 49, quia in ueteribus editionibus Hippocratis ſaepe aphoriſmi contrahuntur miſcenturque cum aliis. Philotheus reliquos XXVI haud explicuit, quia iam Galenus eos ſpurios eſſe putabat.

Vltima quinque folia ab alia manu adhuc peiori exarata ſunt. Sub finem a manu poſſeſſoris cuiuſdam legitur: Τελος των λειπομενων (ſcil. ὑπομνηματων ſiue πραγματειων) Θεοφιλου φιλοσοφου εις τους Ἱπποκρατου, αφορισμους.

*) Sine neceſſitate in eod. manuſcr. exſtat ὁκόσον pro ὁπόσον.

**) Et hic ερρῶσθαι ſpiritibus caret.

***) Vid. b. Nagelii progr. de iſtis Philothei commentariis, a. 1788 d. 25 Iulii in memoriam Viri ill. Chriſt. Iac. Trevvii ſcriptum, e quo locos Philothei appoſui, ſed auctos.

In ultima pagina, librarius graecus, qui iſta quinque folia ſuppleuit, addidit ſequentia:

Τοὺς αφοριςμους αγαπων Ἱπποκρατους; εἰς ωφελειν ου βραχειας γραφεντας, θελων τε τουτοις ευτρυφημα κατεχειν, παντων ευλεῳ κρατει ευτρυφηματος.

Ἡμα μεν χρονων σφας ἠρξαμην πολλα γραφειν.
τελος δε θηκα τη γραφη ταυτη μολις.
οψε τελισο — — γραφη μου συνεβη.
ουκ εξ ολιγων. ανευ πολλων αιτιων.
νοσηματων τε χαλεπων και ποικιλων
και παντοδαπων εν βιω μεληματων
και συνεχοντων ἁμα δυςυχηματων, rel.

Ad latus horum uerſuum priſtinus quidam poſſeſſor Saec. XVI adſcripſit:

Huius libri Claudius Mitalerius dominus eſt.

C. Mitalerius Delphinas Viennenſis.

* *

Manuſcriptum aſtrologicum Saec. XVI. parui uel nullius momenti. In forma quarta.

* *

Ευσεβιου του παμπφιλου *) προς τα ὑπο Φιλοςρατου εις Απολλωνιον, δια την Ἱεροκλει παραληφθεισαν αυτου τε και του Χριςου συγκρισιν.

*) Euſebius Caeſarienſis male a non nullis dicitur Pamphilus, loco *Pamphili* (ſcil. amicus). Nullo enim homine plus eſt uſus, quam Pamphilo, Eccleſiae Caeſarienſis preſbytero et martyre. Vid. Fabricii Biblioth. gr. Vol. VI, p. 30. dine in iure graeco-romano

n. E bibliotheca Schwarziana. Vid. Catal. P. II, pag. 16, num. LIII. In forma quarta, Folior. 24, quorum ſingula ſedecim lineis ſunt referta.

A Graeco homine Saec. XVI deſcripta ex editione Aldina anni 1535. 8. Contuli cum Olearii editione operum Philoſtratorum (Lipſiae, 1709. fol.) pag. 428 ſeq.

Codices Latini.

Membranacei.

In Folio.

Biblia Vulgata *), in tenuiſſima membrana, charactere minimo et nitidiſſimo exarata, ita ut in ſingulis paginis, in duas columnas diuiſis, centum lineolae numerentur. Subiunctae ſunt in calce foliis 42 interpretationes hebraicorum, immo graecorum latinorumque nominum.

Deſunt ab initio aliquot folia, ut et in contextu. Incipit textus a commate 18 capitis primi libri Geneſeos. Ab edita Vulgata codex in multis diſcrepat, quem ample deſcripſit b. D. Ioh. Bartholomaeus Riederer, in *den Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücher - Geſchichte. Altdorf,* 1766. 8. 3 *Band,* pag. 126 — 149.

Codex eſt aetatis Saeculi XIII, uel ſub initium Saec. XIV ſcriptus. Quodſi uerſus in fine ita legantur:

D 5 *fini-*

ne p. 295 Ευσέβιος ὁ Παμφίλου ab interprete male redditur: Euſebius *Pamphilides.*

*) Donator fuit b. D. Iohannes Iacobus Baierus, Profeſſor artis medicae meritiſſimus in Acad. Altdorfina.

In ultima pagina, librarius graecus, qui iſta quinque folia ſuppleuit, addidit ſequentia:

Τοὺς ἀφορισμους ἀγαπῶν Ἱπποκρατους· ὡς ὠφελειεν ου βραχειας γραφεντας, θελων τε τουτοις εντρυφημα κατεχειν, παντων ενυλων κρατει εντρυφηματος.

ρα μεν χρονων σφας ἠρξαμην πολλα γραφειν.
τελος δε θηκα τη γραφη ταυτη μολις.
οψε τελισθ—— —— γραφη μου συνεβη.
ουκ εξ ὀλιγων. ανευ πολλων αιτιων.
νοσηματων τε χαλεπων και ποικιλων
και παντοδαπων εν βιω μεληματων
και συνεχοντων ἁμα δυστυχηματων, rel.

Ad latus horum uerſuum priſtinus quidam poſſeſſor Saec. XVI adſcripſit:

Huius libri Claudius Mitalerius dominus eſt.

C. Mitalerius Delphinas Viennenſis.

* *

Manuſcriptum aſtrologicum Saec. XVI. parui uel nullius momenti. In forma quarta.

* *

Ευσεβιου του παμφιλου *) προς τα ὑπο Φιλοστρατου εις Απολλωνιον, δια την Ἱεροκλει παραληφθεισαν αυτου τε και του Χριστου συγκρισιν.

*) Euſebius Caeſarienſis male a non nullis dicitur Pamphilus, loco *Pamphili* (ſcil. amicus). Nullo enim homine plus eſt uſus, quam Pamphilo, Eccleſiae Caeſarienſis preſbytero et martyre. Vid. Fabricii Biblioth. gr. Vol. VI, p. 30. Hinc in iure graeco-romano

no. E bibliotheca Schwarziana. Vid. Catal. P. II, pag. 16, num. LIII. In forma quarta, Folior. 24, quorum ſingula ſedecim lineis ſunt referta.

A Graeco homine Saec. XVI deſcripta ex editione Aldina anni 1535. 8. Contuli cum Olearii editione operum Philoſtratorum (Lipſiae, 1709. fol.) pag. 428 ſeq.

Codices Latini.

Membranacei.

In Folio.

Biblia Vulgata *), in tenuiſſima membrana, charactere minimo et nitidiſſimo exarata, ita ut in ſingulis paginis, in duas columnas diuiſis, centum lineolae numerentur. Subiunctae ſunt in calce foliis 42 interpretationes hebraicorum, immo graecorum latinorumque nominum.

Deſunt ab initio aliquot folia, ut et in contextu. Incipit textus a commate 18 capitis primi libri Geneſeos. Ab edita Vulgata codex in multis diſcrepat, quem ample deſcripſit b. D. Ioh. Bartholomaeus Riederer, in *den Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücher - Geſchichte, Altdorf*, 1766. 8. 3 *Band*, pag. 126 — 149.

Codex eſt aetatis Saeculi XIII, uel ſub initium Saec. XIV ſcriptus. Quodſi uerſus in fine ita legantur:

D 5 *fink-*

no p. 295 Ευσεβιος ὁ Παμφιλου ab interprete male redditur: Euſebius *Pamphilides*. -

*) Donator fuit b. D. Iohannes Iacobus Baierus, Profeſſor artis medicae meritiſſimus in Acad. Altdorfina.

fInIto LIbro reDDatVr gLorIa ChrIſto,
Annus 1210 ſignificaretur, id quod haud ueriſimile eſt.

* *

Alia Biblia ſecundum uerſionem uulgatam, ad uſum Chori exarata, tribus uoluminibus praegrandis molis.

Ruditas monachorum ex hoc monumento quam maxime apparet, et in primis notabile eſt, quod frater quidam (nam fuit hic Codex Cartuſianorum Norimbergenſium) in fine libri ſecundi Maccabaeorum adiecit:

*Finiui illuminationem et reparationem caducae ſcripturae cum accentibus A. D. 1474. in die S. Henrici in illis magnis quatuor *) Voluminibus Bibliae. Oretis diligentiſſime pro anima mea, quoniam magnum laborem habui. Mortuus ſum, non reuertar.*

* *

Codex in membrana laeuigata, duabus columnis, litteris ualde compreſſis, uariiſque abbreuiationibus obſcuratis, ſub initium Saeculi XV ab una manu ſcriptus. In folio enim antepenultimo Gregorius XII catalogum Paparum claudit, qui ſedit ab A. 1406 uſque ad 1409. Continentur in hocce Volumine:

A. *Paulli Oroſii*, Preſbyteri Hiſpani, aduerſus Paganos Hiſtoriarum Libri VII, ad D. Aurelium Auguſtinum.

Primum folium cum penultimo, nebulonis cuiuſdam furto et petulantia deeſt **), ita ut textus incipiat a uerbis

*) Quartum Volumen, complectens textum Noui Teſtamenti, deeſt.

**) Litteris initialibus aureis paſſim ſuperbit Codex, qui eſt ex legato Schwarzhafiano.

bis: (Aſia ad mediam frontem) *Orientis habet in occeano duo oſtia fluminis Gangis. A ſiniſtra promontorium galigardama cui ſubiacet ad eurum inſula taprobane ex qua occeanus indicus uocari incipit.* rel.

Omnia deinceps integre fluunt uſque ad finem libri IV. Deficit poſtea initium libri V uſque ad capitis 3 uerba: *omniaque ſimul metalla fluxiſſent.* Iterum in eodem libro V occurrit lacuna in fine capitis quinti, poſt uerba: *Quintus Martius conſul.* Deſunt quoque capita 15 et 16 poſt uerba: *cum clamore in pugnam ruentibus.*

Contuli cum editione Sigeberti Hauercampii (Lugd. Bat. 1738. 4 mai.) ſed uariationes pauci momenti reperi.

Index rubricarum duorum foliorum praefixus eſt plane diuerſarum, quam in exemplaribus impreſſis occurrunt, cum breui Oroſii uita, e Gennadii Catalogo illuſtrium uirorum, cap. 30. Inſcriptio *Hormeſtae* in hocce codice non occurrit *), neque *Orgeſtrae*, quo titulo uulgo Oroſii liber citatur. B. Dan. Guil. Mollerus in Diſſ. de Oroſio, §. 24, dicit, inſcriptum eſſe hunc codicem his uerbis: *Ratio totius Orbis*, qui titulus haud inuenitur. Occupat textus Oroſii in hoc Volumine 59 folia. Caeterum liber ſcriptus eſt ab Oroſio A. C. 417, quod Epilogus libri oſtendit. Conatur uero Oroſius hoc ſcripto calumniam eorum amoliri, qui urbis Romanae direptionem, ab Alarico factam, Chriſtianae

*) i. e. *or. meſta*, orbis moeſtitia; uel nomen ſcriptoris, ut uult Heumannus, in programmate, quo Paullo Oroſio tertium nomen Hormisdae reſtituitur. Goett. 1732. 4; uel eſt nomen domini codicis cuiuſdam Oroſiani operis. Conf. Ioh. Nic. Funccii comment. de uegeta latinae linguae ſeneƈtute, pag 318 ſeq.

ſtianae religioni imputabant, probans, duriores adhuc cala mitates, florente gentiliſmo, urbem afflixiſſe. Caeterum Oroſius in conſignandis hiſtoriis nimium credulus, et in or dinandis temporum rationibus non ſatis accuratus fuit.

B. *Geruaſii Riccobaldi* Ferrarienſis, († 1313) Rauennatis Eccleſ. Canonici, Pomarium, ſeu Chronicon totius Orbis, in ſex libros digeſtum ab O. C. ad annum 1312.

Hic auctor ſatis eſt obſcuri nominis, et ſi allegatur, quod tamen raro fit, ſub nomine uel *Riccobaldi*, uel *Rauennatis*, citatur.

Legitur in rubrica Codicis noſtri ita:

Compilatum autem eſt hoc opus a. C. 1297. coeptum Ferr. finitum intra menſem quintum, ſtudio et labore Riccobaldi Ferrarienſis a. II. Papatus Bonifacii VIII.

Inſcribitur hic liber Pomarium, quoniam auctor, iuſſu Michaelis, Rauennatis Eccleſiae Archidiaconi, (qui illi iniunxerat, ut Hieronymi Chronicon in Archiuo Rauennatenſi obſoletum deſcriberet,) potius Hiſtoriam Vniuerſalem conſcripſit, atque ex Pomariis uirorum praeſtantium, Hieronymi, Proſperi, Mileti, Iſidori, Eutropii, Pauli Diaconi, Ruffini, Petri Trecenſis, Paulli Oroſii et Liuii, unum pomarium Hiſtoriarum quaſi conſeuit, uti ipſe teſtatur in prooemio operis. Opus ipſum in ſex partes diuiſum eſt, multipliremque hiſtoriam refert.

Pars I eſt a tempore Adami uſque ad tempora Abrahae, cum ſucceſſionibus uariorum regnorum, et haec in Codice noſtro tam Cap. II. ſolum, quam poſt caput XXXI eſt mutila.

Pars

Pars II pergit ab Abrahamo uſque ad urbem Romam conditam, et incipit in hoc codice in fine Capitis IV.

Pars III ſiſtit hiſtoriam ab urbe condita, uſque ad Chriſtum natum, et eſt integra.

Pars IV habet Hiſtoriam Auguſtorum Romanorum ab Octauio Auguſto uſque ad Adolphum, qui regnauit a. 1291, et in ea occurrit mutilatio in Capite V, et VI.

Pars V ſiſtit orbis prouinciarum deſtructiones ſuccinctas.

Pars VI refert Pontificum Romanorum ſucceſſiones, uſque ad Gregorium XII.

Vltimo ponitur Catalogus Epiſcoporum quatuor Eccleſiarum illuſtrium, Antiochenae, Hieroſolymitanae, Alexandrinae, et Rauennatis. Epiſcopos Conſtantinopolitanos haud nominauit, ob hanc rationem, quam ipſe adducit, quoniam tantum exaltata fuerit temporibus Conſtantini.

Contuli iam A. 1755 quum Altdorfii litteris operam darem, iſtum Codicem cum editionibus *Eccardi,* (in corpore hiſtor. medii aeui, T. I, pag. 1150 ſeq.) et Muratorii, T. IX ſcriptor. rerum Ital. p. 108 ſeq. et illum in nonnullis locis hiſce auctiorem eſſe correctioremque, obſeruaui.

C. Vltimum folium continet cap. 9 uſque ad 17 Breuiarii *Sexti Rufi*, ſiue *Rufi Feſti*, de Victoriis ac Prouinciis Populi Romani ad *Valentinianum* Auguſtum. Fragmentum iſtud mendoſum contuli cum editione Cellarii (Cizae, 1679. 8), nullasque lectiones uariantes alicuius momenti reperi. In margine ſcripta eſt hiſtoria ueterum Graeciae Philoſophorum. Rufi fragmentum ita incipit:

(Sae,

(Saeuiſſimi omnium) *gentium traces fuerunt In tracie regionibus etiam cordiſci babitauerunt, pariter crudeles et callidi de quorum ſeuitia multa fabuloſa memorantur quod boſtes captiuos diis ſuis libauerint, quod bumanum ſanguinem in oſſibus capitum potare ſint ſoliti, ſepe per eos romanus ceſus eſt exercitus. Marchus Druſus intra fines proprios continuit. Minutius in ebri flumine glacie uaſtauit. per Appium Claudium proconſulem hi qui rodopam incolebant uicti ſunt.* rel. Finitur uerbis: *L. Caſſius queſtor uir ſtrenuus craſſi reliquias fuſi collegit exercitus.*

* *

Martyrologium Romanum. Foliis 58. ad uſum Eccleſiaſticorum pro lectionibus lunationum. Scriptum uidetur Saec. XIII ad finem uergente. Vid. b. D. *Ioh. Andr. Mich. Nagelii* Recenſio huius Codicis MS. (Altdorfii Noricorum, 1763. 4. e qua potiora hic damus.

Quemadmodum Romani urbium, municipiorum, principum, aliorumque clarorum uirorum natales dies in faſtos retulerunt, eodem modo Chriſtiani in primitiuis ſaeculis Martyrum natales dies in faſtis ſuis atque eccleſiaſticis tabulis adnotarunt, qui codices a Graecis *Menologia* et *Synaxaria*, a Latinis *Martyrologia*, dicti ſunt. Sed notandum, Martyrum uocem in latiori ſignificatione hic ſumi: quoniam ſub ea comprehenduntur alii ſancti uiri: hinc eiusmodi libri dicti ſunt *Hagiologia*. Ad ea intelligenda ſignificatus uocum quarumdam ſunt notandi, e. g. dies, quo paſſi ſunt, *natalis* audit; Confeſſores dicuntur, qui interrogati quidem a iudice Chriſtum confeſſi ſunt, neque tamen ſenſerunt ſupplicium; uirgines dicuntur *uiduae ſanctimoniales*; Luna pro die dicitur, etc.

Codex

Codex noſter Altdorfinus eſt integer, totumque annum a Ianuario uſque ad Decembrem complectitur. Literae eius ſunt elegantes; uoces uero frequenter compendioſe ſcriptae. Ita ſtatim ab initio libri compendia uocum, dm, pro domini, Ihu xpi, pro Ieſu Chriſti, diūſis, pro diuerſis, Epi, pro epiſcopi, ſco, pro ſancto, occurrunt. Pro diphthongo *ae* ſcriba ſemper utitur ſimplici elemento *e*, u. g. Rome, octaue, pro Romae, octauae, et pro *apud* ubique habet priſcum *aput*. Quo pacto is uero bibliothecae Academicae Altdorfinae illatus ſit: oſtendunt haec a b. Koehlero Profeſſore Publ. et Bibliothecario, diu de hac ſtudiorum uniuerſitate, ipſaque bibliotheca academica optime merito, ultimae paginae Codicis adſcripta: *Bibliothecae Altorfinae donauerunt Heredes Viri quondam clariſſimi,* Burgeri, *Primicerii Norimbergenſis, procurante Spiſio.*

Eſt autem hoc martyrologium illud, quod Romanum dici ſolet, et a Baronio atque Auguſtino Lubino editum eſt. Minus recte uero id martyrologium Romanum dici, facile legentibus, patet. Nam ſtatim in ſectione Kalendarum Ianuarii mentio fit *Baſilii in Capadocia depoſiti*; itemque *Fulgentii, qui in Africa paſſus ſit; atque Eugendi, cuius uita in territorio Lugdunenſi uirtutibus et miraculis plena refulſerit, ac Euphroſynae, quae Alexandriae in Aegypto fuerit.* Vnde nullo negotio intelligitur, martyrologium hoc eſſe commune. Henricus quoque Valeſius in *diſſ. de martyrologio Romano, quod Roſvveydus edidit,* cenſet hoc martyrologium, neque Romanum eſſe, neque recte ita dici. *Sed cuiuscunque,* inquit, *ea fraus fuit, martyrologium hoc Romanum dici non poteſt; uerum Aquileienſe potius, aut alio quouis nomine eſt appellan-*

pellandum. Conf. Matthias Frid. Beckius in *martyrologium eccleſiae Germanicae peruetuſtum*, p. 9. Id tamen concedimus, initia huius martyrologii deberi Romae. Nam certum eſt, Romae fuiſſe, qui geſta eorum, qui Romae martyrium ſubibant, literis mandarent. Hinc in Ioſephi Binghami *originibus ſiue antiquitatibus eccleſiaſticis uol.* II, p. 75 haec leguntur: § V *de Notariis. Aliud officium, quod non prorſus ſilentio praeteriri oportet, dum in hoc argumento uerſamur, eſt officium* notariorum *ſiue* exceptorum, *ut Latini eos appellant; qui iidem ſunt, quos Graeci* ὀξυγράφοι *et* ταχυγράφοι *dicunt; ideo quia per notas et compendia celeriter ſcribebant, quod in miniſterio, cui praecipue adhibebantur, neceſſe erat. Primus enim eorum uſus erat, ea, quae ab ethnicis iudicibus contra Chriſtianos martyres eſſent geſta, in acta referre, et quasuis circumſtantias, in ipſorum examinatione et paſſione obſeruatas, literis ſigillatim conſignare; quaenam quaeſtiones eis propoſitae; quae reſponſiones datae; et quaecumque geſta eſſent, dum cauſſa eorum audiretur, et de ipſis pro confeſſione Chriſti ſumeretur ſupplicium. Vnde iſtae conſignationes geſta martyrum appellabantur; quae monimenta autographa de martyrum ſuorum paſſione quaelibet eccleſia adſeruabat. Primam huius* notariorum *officii in eccleſia Romana inſtitutionem Pearſonius* *), *et alii quidam uiri eruditi ſub Fabianum, qui Decianae perſecutionis tempore uixit, referendam eſſe, autumant. Nam in antiquiſſimo quodam epiſcoporum Romanorum catalogo* **) *Fabianus ſeptem ſubdia-*

*) Pearſon, de ſucceſſ. epiſc. Rom. diſſ. I, C. IIII, n. III. Fell. not. in Cyprian. epiſt. XII: Hoc fere tempore, ſub initiis Decii, Fabianus Romae ſeptem inſtituiſſe dicitur ſubdiaconos, qui ſeptem notariis imminerent, ut geſta martyrum in integro colligerent.

**) Catalog. Rom. Pont. in *Fabian.* Hic fecit ſex uel ſeptem ſubdiaconos,

diaconos feciſſe dicitur, qui ſeptem notariis attenderent, ut geſta martyrum ſideliter colligerent. Enimuero etſi hoc antea non erat ordinarium aliquod officium, res ipſa tamen ab hominibus ad hoc negotium aptis peragebatur; uti ex antiquis Ignatii et Polycarpi et diuerſorum aliorum actis liquet, quae literis conſignata fuerunt ante, quam Fabianus publicum et peculiare notariorum munus Romae inſtituiſſe dicitur. Citantur eiusmodi geſta adhuc in martyrologio MS. Altdorf. u. g. in *Sectione* pridie nonas Ian. legenda: *Apud Africam praeclariſſimorum martyrum Aquilinii, Geminii, Eugenti, Marciani, Quinti, Theodoti, Tryphonis, quorum geſta, habentur.* Item *Sect.* III. Id. Ian. *In Africa natale beati Saluii; in huius natali ſanctus Auguſtinus uerbum fecit ad populum Carthagine. Apud Alexandriam ſanctorum confeſſorum Petri, Seueriani, Leucii, quorum geſta habentur.* Dicebantur haec geſta martyrum eorumque nomina tabulis literisque mandata *faſti* et *diptycha*. Conf. Gaſparis Sagittarii *de martyrum natalitiis in primitiua eccleſia, liber* p. 13 ſeq. et immortalis Schwarzii noſtri *diſſ. de uetuſto quodam diptycho conſulari et eccleſiaſtico* §. 10. *ſeqq.* Ex quibus geſtis, faſtis et diptychis deinde martyrologia confecta ſunt.

Quum itaque martyrologium Romanum Latine ſcriptum ſit, et Romae eſſent, qui geſta martyrum literis mandarent, ac ſtatim ab initio *) ſectionum martyrologii Romani martyrum

conos, qui ſeptem notariis imminerent, ut geſta martyrum fideliter colligerent.

*) V. g. Sectione Kalend Ian. quarto nonas Ian. tertio non. Ian. non Ian tertio idus Ian. pridie Id. Ian. Idib. Ian. decimo ſept. Kal. Febr. quinto decimo Kalend. Febr. quarto decimo Kalend. Febr. tertio decimo Kalend. Febr. duodec. Kal. Febr. legenda etc.

tyrum Romanorum mentio fieri ſoleat: quid impedit, quo minus recte cenſeamus, originem martyrologii Romani Romae eſſe quaerendam; id eſt, acta martyrum Romanorum ei originem dediſſe, additis tamen geſtis aliorum martyrum; quamuis definiri nequeat, quis aut ubi martyrologium Romanum collegerit. Caſim. Oudinus in *comment. de ſcript. eccleſ. antiq. uol. I, p.* 1684 de martyrologiorum ortu et aetate ita diſputat: *At tempore uenerabilis Bedae nondum erant martyrologia, quum ipſe primus unum conſcripſerit; atque illud in multis diebus uacuum; ut Vſuardus teſtatur. Ipſa facta ſunt tantum uulgaria, ſeculo nono iam labente etc.* Quum autem haec compendia geſtorum martyrum, ſiue martyrologia paſſim conficerentur, et recentiori aetate etiam Romanorum Pontificum iuſſu et auctoritate conformarentur, mirum non eſt, ea ualde uariare. Vid. Baronius l. c. *cap.* VIII., *p.* 16 ſeqq. *de antiquo martyrologio Romano ſaepius aucto.* Talibus uero mutationibus et additionibus ineptae quoque fabulae martyrologiis irrepſere.

Quemadmodum uero geſta martyrum natalibus martyrii ſui olim legebantur: ita quoque deinde martyrologia ex actis confecta eodem modo tractabantur. Sed et martyrologia in eccleſia publice lecta eſſe, uel ex codice noſtro MS. patet, in quo ad XVI Kal. Martii haec nota legitur, quae neque in editione Baronii, neque Lubini, deprehenditur: *In anno biſſextili, hac die, et deinceps usque ad quinto Kalendarum Martii, ſuperior numerus Kalendarum, ſcilicet XVII Kalendarum Martii, qui eſt de* *) *nigro; et reliqui numeri*

XVII

*) Exſtat nimirum hic in Cod. Altdorfino duplex numerus XVI, quorum ſuperior atro, inferior autem rubro colore exaratus eſt.

numeri Kalendarum ſic poſiti pronuntientur; ita tum quoque in natali ſancti Matthiae, cuius lectio in anno biſſextili bis ex integro eſt legenda. Prima die, qua legitur, pronuntietur ſuperior numerus, ſecunda uero die, pronuntietur inferior. Quod etiam confirmatur nota alia, quae in hoc Codice ad VI Kalend. Martii legitur, et haec eſt: *Haec lectio, quae ſequitur in anno biſſextili duobus diebus ex integro legatur, et prima die dicatur: VII Kalend. et pronuntietur numerus lunae minor. Secunda uero die dicatur: VI Kalend. et pronuntietur numerus lunae maior.* Qui mos legendi ex officio martyrologia adhuc in coetu Romano obtinet.

Ratio autem codicis MS. Altdorfini martyrologii Romani haec eſt. Exſtat in eo primum menſis et diei nomen in uertice aut praeter initium libri, in margine eius, quibus ſectiones libri legendae ſunt. Deinde ſequuntur ab initio ſingularum ſectionum XVIIII litterae intra duas lineas ſupra numeros, qui epactarum rationem habent, et aetatem lunae reſpiciunt. Literae autem ſupra numeros adſunt, ne ex ſolis numeris in pronuntianda et definienda aetate lunae erretur. Porro in margine poſitae literae ſunt hebdomadicae cum numeris aetatis lunae. Id quod ex ſubiectis ſpeciminibus magis eluceſcet. Quae uero in contextu Baronii et Lubini diuerſis a reliquo typo literis impreſſa ſunt, in MS. Altdorfino aut deſunt aut aliter leguntur.

Codex MS. Altdorſinus:
Kalendis Ianuarii

Luna.	A	B	C	D	E	F	G	H
	IX	XX	I	XII	XXIII	IIII	XV	XXVI
	I	K	L	M	N	O	P	Q
	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIIII
	R	S	T					
	V	XVI	XXVII					

Liber Baronii et Lubini:

I. Kalendis Ianuarii. Luna A. o.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
ſ	t	v													
18	19	20													

A	B	C	D	E	f	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1.

Contextus MS. Altdorſini.

A, III. Circumciſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, Romae natalis Sancti Almachii martyris; qui iubente urbis praefecto, quum diceret; hodie octauae domi-nici diei ſunt, ceſſate a ſuper-ſtitionibus idolorum, a gladia-to-

Contextus Baronii et Lubini.

Circumciſio Domini noſtri Ieſu Chri-ſti, *et octaua natiuitatis eiusdem*, Romae Sancti Almachii martyris, qui iubente *Alipio* Vrbis Praefecto, quum diceret: Hodie octauae Do-minici diei ſunt, ceſſate a ſuperſti-tionibus idolorum, *et a ſacrificiis pollu-*

Contextus MS. Altdorfini.	Contextus Baronii et Lubini.
toribus occiſus eſt. Via Appia coronae militum triginta, ſub Diocletiano Imperatore. Item Romae ſanctae Martinae uirginis, quae ſub Alexandro Imperatore diuerſis tormentorum generibus trucidata, tandem gladio martyrii palmam adepta eſt. Apud Spoletum ſancti Concordii presbyteri et martyris, temporibus Anthouii Imperatoris; qui primo fuſtibus caeſus, deinde eculeo ſuſpenſus, ac fame poſt in carcere maceratus, ibique angelica uiſitatione conſolatus, demum gladio uitam finiuit. In Caeſarea Cappadociae depoſitio ſancti Baſilii epiſcopi, cuius celebritas decimo Kalendas Iulii potiſſimum recolitur. In Africa beati Fulgentii, eccleſiae Ruſpenſis epiſcopi, qui ob catholicam fidem, et eximiam doctrinam exilio relegatus, et tandem ad propriam eccleſiam redire permiſſus, uita et uerbo clarus, ſancto fine quieuit. In territorio Lugdunenſi ſancti Eugendi Abbatie, cuius uita uirtutibus et miraculis plena refulſit, Alexandriae ſanctae Euphroſynae uirginis, et aliorum plurimorum ſanctorum martyrum, confeſſorum atque uirginum. etc.	*pollutis*, a gladiatoribus occiſus eſt. *Ibidem* uia Appia coronae *Sanctorum* militum triginta *martyrum* ſub Diocletiano Imperatore. Item Romae ſanctae Martinae uirginis, quae ſub Alexandro Imperatore diuerſis tormentorum generibus *cruciata*, tandem gladio martyrii palmam adepta eſt. Apud Spoletum ſancti Concordii presbyteri et martyris temporibus *Antonini* Imperatoris, qui primo fuſtibus caeſus, deinde equuleo ſuſpenſus, ac *poſtea in carcere maceratus*, ibique angelica uiſitatione conſolatus, demum gladio uitam finiuit. *Eodem die ſancti Magni, martyris. Caeſareae in Cappadocia* depoſitio ſancti Baſilii epiſcopi, cuius celebritas decimo *octauo* Kalendas Iulii, *qua die ordinatus fuit epiſcopus*, potiſſimum recolitur. In Africa beati Fulgentii, eccleſiae Ruſpenſis Epiſcopi, *qui tempore Wandalicae perſecutionis* ob catholicam fidem, eximiamque doctrinam *ab Arianis multa perpeſſus, et in Sardiniam* relegatus, *tandem* ad propriam eccleſiam redire permiſſus uita et uerbo clarus, ſancto fine quieuit. In territorio Lugdunenſi *monaſterio Iurenſium*, ſancti Eugendi Abbatis cuius uita uirtutibus et miraculis plena refulſit. *Apud Siluiniacum ſancti Odilonis, Abbatis Cluniacenſis, qui* *pri-*

Contextus Baronii et Lubini, *primus commemorationem omnium fidelium defunctorum prima die poſt feſtum omnium ſanctorum in ſuis monaſteriis fieri praecepit: quem ritum poſtea uniuerſalis eccleſia recipiens comprobauit.* Alexandriae *depoſitio* ſanctae Euphroſynae uirginis, *quae in monaſterio uirtute abſtinentiae ac miraculis claruit.* Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum martyrum, *et* confeſſorum, atque *ſanctarum uirginum.* Reſp. *Deo gratias. Sic ſemper terminatur lectio martyrologii.*

Adiiciemus huic ſectioni adhuc lectionem duodecimo Kal. Nouembr. peragendam, quae haec eſt:

Codex Altdorfinus:

XII. Kalend. Nou. Luna.

A	B	C	D	E	F	G	H	I
VII	XVIII	XXVIII	X	XX	II	XIII	XXIII	V
K	L	M	N	O	P	Q	R	
XVI	XXVI	VIII	XIX	XXIX	XI	XXI	III	
S	T							
XIII	XXV							

Liber

Liber Baronii et Lubini:

G. Duodecimo Kal. Nouembr. Luna 21.

II.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
r	ſ	t	u	A	B	C	D	E	f	F	G			
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	23	24			
H	M	N	P											
25	26	27	28.											

Contextus MS. Altdorfini.

G Apud Nicomediam natalis ſanctorum martyrum Dazii, Zotici, Gaii cum duodecim militibus. Eodem die ſancti patris noſtri Hilarionis, cuius uitam Ieronymus uirtutibus plenam ſcribit. In ciuitate Oſtia ſancti Aſterii presbyteri, qui in paſſione beati Calixti Papae legitur ipſo die depoſitionis ſancti Viatoris, miniſtri beati Iuſti epiſcopi Lugdunenſis. Burdegala Seuerini epiſcopi. Ciuitate Colonia paſſio ſanctarum undecim millium uirginum, Et

Contextus Baronii et Lubini.

In Cypro natalis ſancti Hilarionis *abbatis*, cuius uitam uirtutibus atque miraculis plenam S. Hieronymus *ſcripſit. Apud* Coloniam *Agrippinam natalis* ſanctarum *Vrſulae et ſociarum eius, quae pro Chriſtiana religione et uirginitatis conſtantia Hunnis interfectae, martyrio uitam conſummarunt, et plurima earum corpora Coloniae condita fuerunt. Apud* oſtia *Tiberina* ſancti Aſterii presbyteri, *et martyris*, qui *ut* in paſſione beati Calliſti Papae legitur, ſub Alexandro Imperatore paſſus eſt. *Nicomediae* natalis *ſanctorum* Daſii, Zotici, Caii, *et aliorum duodecim militum, qui poſt diuerſa tormenta in mare demerſi ſunt. Maroniae in Syria prope Antiochiam S. Malchi monachi. Lugduni* ſancti Viatoris, miniſtri *beati* Iuſti, Lugdunenſis epiſcopi. *In caſtro Laudunenſi ſanctae Ciliniae matris beati Remigii, epiſcopi Rhemenſis.*

Ex his ſpeciminibus facile patet, Codicem Altdorfinum priſcae orthographiae monumenta retinere, quod ex uocibus *aput*, *Gaii*, liquet; quamuis etiam ex ſcribendi ratione uerborum *cimiterio*, *martiris*, *Eufroſine*, *Affrica*, *Anthonii* pro Antonini, etc. ignorantia ſcribae, qui ſine dubio monachus fuit, appareat. Inepte quoque ſcriba ſpatio uerſuum explendo ſtuduit, unde in poſteriori ſectione a nobis allata particula *Et* ſolitarie poſita in fine ſectionis locum nacta eſt; pro qua alias in fine ſectionum pro ſpatii ratione modo occurrit: *et ali*, modo: *et aliorum*, modo: *et aliorum plurimorum*, modo: *et aliorum plurimorum ſanctorum*, modo: *et aliorum plurimorum ſanctorum martyrum*, modo: *et aliorum plurimorum ſanctorum martyrum confeſſorum*, modo: *et aliorum plurimorum ſanctorum martyrum, confeſſorum atque*, modo, plena formula: *Et aliorum plurimorum ſanctorum martyrum confeſſorum atque uirginum.* Magni tamen faciendus eſt hic codex MS., quod laciniis iſtis caret, quae deinde martyrologio huic aſſutae ſunt, et interdum in abſurdas fabulas euaſere. Quo pertinet fabula S Vrſulae et undecim millium uirginum, quae Coloniae martyrium ſubierint. De qua fabula Bingham *orig. eccleſ. uol.* VIIII, p. 138 haec habet: *In primis autem Pagius fabuloſam hiſtoriam explodit Vrſulae* *) *et undecim mille uirginum, quae Coloniae tempore Cyricii, fictitii pontificis Romani, paſſae dicuntur; narratque martyrologium Romanum, et breuiarium, numerum iſtum tamquam incredibilem omiſiſſe; idem quoque feciſſe editores Colonienſes, et Scholam Sorbonicam, retento ſolo Vrſulae nomine, non obſtante, quod Hermannus Crombak totum tomum integrum de Vrſula uindicata, ad defendendam hanc abſurdam fabulam, compoſuerit.*

Quem-

*) Pagi crit. an. CCCLXXXIII, §. III.

Quemadmodum autem etiam in libris Baronii et Lubini huic fabulae mederi ſtuduerunt, quum pro *Vrſula et undecim millibus uirginum*, Vrſulam et ſocias eius, ponerent: ita uerosimile, eſt fabulam hanc, quantum ad martyrologium Romanum attinet, certe partim, ex errore ſcribarum fuiſſe ortam. Hinc uariae innotuere uirorum doctorum coniecturae, quibus hunc locum ſaniorem redderent. In *Valeſianis* p. 48 *ſeq.* haec emendatio Sirmondi legitur: *Il y a eu une Sainte Vrſulae Martyre ſuivant la commune opiniön. On ignore neanmoins de quel tems elle a été. Mais je ſuis tres-humble ſerviteur des onze mille Vierges. La fable eſt un peu trop manifeſte, pour pouvoir la ſouffrir. Voicy ſur quoi cette erreur eſt fondée ſuivant la conjecture du ſavant Pere Sirmond. Ceux qui ont forgé cette belle hiſtoire, ayant trouvé dans quelques Martyrologes manuſcrits*, SS. VRSVLA ET VNDECIMILLA V. M. *c'eſt à dire:* Sanctae Vrſula et Vndecimilla Virgines martyres, *et s'etant imaginez qu*'Vndecimilla *avec l'V et l'M, qui ſuivoient, étoit un abregé pour* undecim millia Virginum Martyrum, *ont fait là deſſus ce Roman que nous avons aujourd'huy.* Aliam coniecturam de hac re profert natalis Alexander in *hiſtoria eccleſiaſtica tom.* 4, p. 183: *Numerus etiam*, inquit, *ſociarum S. Vrſulae incertus eſt* -- *Vſuardi martyrologium, Caroli Magni Imperatoris et Galliarum Regis iuſſu conſcriptum; quod manu ſcriptum habetur in bibliotheca celeberrimae Abbatiae Sancti Germani a Pratis, et uel Vſuardi, qui huius Coenobii monachus fuit, autographum eſt, uel eo uiuente deſcriptum fuit, ſanctae Vrſulae et XI millium Virginum martyrum ad diem XXI. Octobris non meminit. Sed die XX adſcribit Paſſionem ſanctarum Virginum Marthae et Saulae, cum aliis pluribus; et quidem Coloniae, ubi martyrologium Romanum, et alia recentiora, ſanctae Vrſulae et ſociarum*

 paſſio-

paſſionem die XXI conſignant. An forte ex his uerbis Vſuardi: et Saulae, Vrſaulae, *ac deinde* Vrſulae *nomen interpolatum? ſed ſi ita eſt, cur Martha ſacri agminis Ductrix altera omiſſa eſt?* Quae rationes et coniecturae facile produnt, labem loci in uoce *millium* latere. Qua labe etiam infectus eſt codex, uti ſupra uidimus, MS. Altdorfinus. Sed ſimpliciſſima loci purgandi ratio ſine dubio eſt, ſi ſecundum ueſtigia cod. Altdorfini legatur: *Ciuitate Colonia paſſio ſanctarum undecim martyrum uirginum*; e quibus deinde alii aliam uirginem appellarint et loco addiderint. Quum enim uox martyrum plerumque compendiario ſcribatur, facile ex mrm *milium*, uti in cod. Altd. more uetuſto ſcribitur, fieri potuit. Qualem emendandi huius inficeti loci rationem iam pretulit b. Koehlerus in *hiſtoricis deliciis numiſmaticis part. I.* p. 262, ubi ita commentatur: *Man hält auch dafür, die ganze Erzählung von den 11000 jungfräulichen Gefährten der heil. Urſulä ſey daher entſtanden, daſs, da in den alten Martyrologiis zu leſen geweſen:* S. Vrſula cum XI. Martyribus Virginibus, *welches ferner abgekürzet geſchrieben worden:* cum XI M Virg. *ſo habe ein unverſtändiger Copiſte geleſen Vndecim Millibus Virginibus.* Sed codex MS. Altdorf. Vrſulae non meminit, unde nomen Vrſulae poſthac ex traditione inculcatum et locus corruptus fuerit. Vrſulae enim et undecim millium uirginum eius primum, quantum conſtat, meminit Sigebertus Gemblacenſis in *chronographia* ad annum domini 453 in Struvii *rerum Germ. ſcriptoribus tom.* I. *pag.* 717.

Ceterum Codex Altdorfinus martyrologii Romani in omnibus lectionibus a libris Baronii et Lubini diſcedit; unde

de quae huic martyrologio aliunde addita fuerint, facile patet.

* *

In forma quarta.

Terentii Comoediae. Saec. XII. Codex e biblioth. v. c. *Gothofredi Thomaſii* emtus, ualde maneus, foliorum 56. Initio et fine caret. Incipit a quinque ultimis uerſibus Scenae quintae Actus ſecundi Andriae:

Omnes ſibi eſſe melius malle quam alteri.

Sequuntur plures Scenae mutilatae huius Comoediae, uſque ad Actus quinti Scenam ſextam, quam excipiunt *) hi uerſus duodeuiginti Scenae ineditae ſeptimae, quam in nulla editione reperi.

Pamphylus.

Te expectabam. eſt de tua re quod agere ego tecum uolo.
Operam dedi. ne me eſſe oblitum dicas tuae gnatae alterae
Tibi me opinor inueniſſe dignum te atque illa
Perii daue de meo amore ac uita ſors tollitur.
Non noue iſtaec mihi conditio eſt ſi uoluiſſem pamphile.
Occidi daue mane perii. id quam obrem non uolui eloquar:
Non iccirco quod eum omnino affinem mihi nollem bem tace.
Sed amicitia noſtra quae eſt a patribut noſtris tradita.
Non aliquam partem ſtudii adductam tradi liberis.
Nunc cum copia ac fortuna utrique ut obſequeretur dedit:
Detur benefactum abi age gratias ſalues chremes.
Amicorum meorum omnium agiſſime.

Quid

*) Vt in Codice Ebneriano adhuc antiquiore. Vid. P. II, pag. 136.

Quid michi comminus eſt gaudio quam id quod abs te expeto.
Me repperiſſe ut habitui antehac fui tibi. animum.
Quoadcumque applicaris ſtudium exinde interit tute
Exiſtimaueris. Id ita eſſe facere coniecturam ex me licet.
Alienus abſte tamen. quis tu eſſes noueram. Ita res eſt gna-
tam tibi
Meam philumenam uxorem et dotis ſex talenta ſpondeo.

Legitur deinceps *Argumentum*, ut in editione Mureti 1576. *Eunuchus.* Prologus Act. I, uſque ad initium Scenae primae Actus ſecundi.

Sequitur Sc. 3. Act. III, Sc. 1. 5. Act. IV, Sc. 2. 4. 5. init. 7. Act. V, Sc. 1. 2. 4. uſque ad exitum: *uos ualete et plaudite. calliopius* *) *recenſui.*

Heautontimorumenos. Periocha *C. Sulpitii Apollinaris* Prologus, Act. I, Sc. 1. 2. Act. II, Sc. 1. 2. 3. init. cum ſcholiis interlinearibus.

Adel-

*) Caſpar Barthius arbitratur, (Aduerſ. L. 6, c. 20) *Calliopium*, qui Terentii fabulas recenſuiſſe in codicibus MStis notatur, non alium eſſe, quam Albinum ſ. Alcuinum, Anglum, qui et in codice MSto uitae Willebrordi uocatur *Dominus Albinus Magiſter optimus Calliopicus*, i. e. totus a Calliope et Muſis formatus. Vulgo notiſſimum, quam faciles librarii monachales in augendis, et commutandis, uel etiam omittendis ſcriptorum uocabulis. Cum ergo Terentius tunc temporis ad linguam Latinam diſcendam pluribus ualde fuerit familiaris; et longe maxima propter eruditionem Alcuini fama, cuius recenſioni omnia fere uidebantur eſſe ſubiecta: claſſicum hunc librum neque in ſcholas, neque in bibliothecas fuiſſe receptum, niſi communis huius Ariſtarchi ſuauitatis plenum fuerit ſubſcriptum nomen *Calliopii*, uel *Calliopici*. *I. N. Funccii* commentar. de inerti ac decrepita lat. linguae ſenectute, pag. 335.

Adelphorum Act. V, Sc. 4. 5. uſque ad finem.

Hecyra integra.

Calliopius recenſui

otinam qui natans litus pertingere temptat
Herbarum feſſus corpore ſumma nitens.

Phormio. C. Sulpitii Apollinaris Periocha. Prolog. Actus I. Act. IV, Sc. 1. 2. 3, uſque ad uerba: Poſtquam hominem his uerbis ſentio molirier.

Lectiones uariantes alicuius momenti nullas legi, quamuis plura folia cum textu Danielis Heinſii contulerim.

* *

M. Tullii Ciceronis Liber I et II Rhetoricorum de inuentione.

Eiuſdem ad Herennium Libri IV integri.

Boetii liber quartus de differentiis topicis.

Codex pulchre ſcriptus litteriſque initialibus paſſim nitide pictis ſuperbiens. Emtus eſt e bibliotheca b. Schwarzii.

* *

Horatius Flaccus. Codex foliorum 155, puro et perſpicuo charactere ſcriptus.

Continet hic Codex omnes libros Carminum Horatii. Character quidem litterarum eſt elegans, et compendiis uacuus; uerum et hoc manifeſtum, illum eo tempore demum deſcriptum eſſe, (Koelero iudice) quo typographia orſa: ſiquidem accurate congruit cum charactere curſiuo Aldi Manutii. Ceterum prodit ſubinde uiciis commiſſis negligen-

gentiam librarii; attamen non ſpernendae uariae lectiones ſimul in illo occurrunt. Beatus *Maximilianus Nagelius*, digniſſimus ornamenti nuper Altdorfini, b. Profeſſoris Celeberrimi, Dom. M. Iohannis Andreae Michaelis Nagelii, filius, ſcripſit Commentationes quatuor de hocce Codice manu ſcripto membranaceo, cum Specimine uarietatis lectionum etc. Altdorfii Noricor. 1766, 1767. 4. Quibus acceſſerunt Spicilegia in aliis quatuor particulis uariae lectionis Horatii ex codice chartaceo, infra dicendo. Ibid. 1769 — 1775. 4. E quibus hic uaria exhibeo.

De Codice noſtro priſtinus Poſſeſſor eius b. Profeſſor Omeiſius, in fronte libri ita cenſuit: *Eſt quidem MStus hic Codex non adeo antiquus,* 1) *quia tum pictura talis literarum initialium, qualis hic eſt in libri frontiſpicio, tum etiam modus tanto nitore obducendi ac laeuigandi aurum, monaſticas arguunt operas, ante ſeculum XII uix natas aut uſitatas;* 2) *quia character, quo exaratus eſt, minutior et contractior; cum paullo uetuſtiores diductioribus et exſtantioribus, antiquiſſimos uero uncialibus deſcriptos eſſe literis, indubium ſit. Barbariem ſeculi, et deſcribentis fraterculi negligentiam produnt multa uitioſe ſcripta; ut ſtatim 1mo: attauis etc. Attamen propter membranae puritatem, lectionum uarietatem, nec plane aſpernandam antiquitatem, ſuo utique relinquendus eſt pretio. Ita ſentit legitimus Codicis huius poſſeſſor Magnus Daniel Omeis, Prof. Altdorf. Scrib. m. April.* cIↃIↃcxcv.

Monachum codicem hunc ſcripſiſſe, uti b. Omeiſius iudicauit, produnt quoque additamenta quaedam in inſcriptionibus Odarum. Ita u. gr. nominibus feminarum, ad quas odas ſcripſit Horatius, fere ubique ſcriba addidit notam *meretricis*, uti in *inſcriptione* od. V, *lib.* I. *Carm.* ad *Pyrrham*

ham meretricem; od. VIII: *ad Lydiam meretricem*; od. XVII: *ad eandem meretricem*; deinde ignorantia Graecae linguae. Sic in fine codicis pro τέλος ſcripſit τέλῶς, ac uocabula ex ſermone Graeco orta admodum corrupte exarauit; u. c. in *inſcriptione* od. III *libr.* II *carm. Pragmatice*, *imo ſimp: oleutice ad Delium*; pro, *ſymbuleutice*; et tandem uiles uerſus, inſcriptionum loco epiſtolis Horatii additi. Sic epiſtolae XV, *libr.* I, praemittitur hic uerſiculus: *Scribitur iſta tibi a quinto quindecima Vala*; quam epiſtolam ſcriba u. 25 minus recte, quod contextus facile probat, terminauit, et a uerſu 26 nouam epiſtolam orſus eſt, eique hunc uerſiculum a primordio addidit: *Mittit et hanc tibi Memi Venuſinus Horatus.* Loco nominis enim *Maenius*, quod alias uerſu 26 huius epiſtolae exſtat, codex Altdorfinus habet *Memius.* Liber *de arte poetica* in hoc codice poſt carmen ſaeculare, uti in MS. Goettingenſi, legitur. Ceterum, quod b. Omeiſius haud obſeruauit, aut certe haud indicauit, in hoc codice, quod ad reliqua attinet, admodum bene conſeruato, magna lacuna eſt; quum ei omne id deſit, quod inter uerſum quinquageſimum ſeptimum ſatyrae quintae libri primi ſermonum, et inter uerſum quadrageſimum nonum ſatyrae primae libri ſecundi adeſſe debebat.

Iam aliquod ſpecimen uarietatis lectionis huius Codicis proferemus, eumque cum editione *Geſueriana* contendemus.

Libr. I *carm.* od. I, u. 7; pro *mobilium* Cod. Alt. cum Codd. Brodaei, et Goettingenſi habet, *nobilium*; ſed hanc uocem poeta iam uerſu quinto huius od. adhibuerat, nec epitheton *nobilium* hic eandem ſimplicem grauitatem prae ſe fert, ac uox *mobilium.*

u. 33

u. 33 pro uerbo *cohibet*, in Cod. Altdorf. uti in codice Brodaei, legitur *prohibet*.

Od. II, u. 31, bene reperitur: *nube candentes humeros amictus*.

Od. IIII, u. 7 pro *terram* habet *terras*. u. 12 ſcriptum eſt: *Seu poſcat agna, ſiue malit haedos*.

Od. V, u. 14. pro uoce *uuida* exhibet *humida*, quod gloſſa eſſe uidetur.

Od. VI, u. 7, pro *duplicis*, cum aliis codicibus habet, *duplicet*.

Od. VII, u 17, pro *ſapiens*, legitur *patiens*; quod uocabulum hic commodum ſenſum habet, ſi id ad *triſtitiam* referatur; ſed minus commodum, ſi ad uerbum *finire* reſpiciatur, ad quod hic utique eſt attendendum.

Od VIII, u. 6 et 7, exſtat *equitet*, - - *temperet*.

Od. VIIII, u. 23, *direptum* legitur, neque damnem hanc receptam lectionem, quum particula *di* ſeparationem indicet.

Od. XII, u. 3, pro *recinet*, uti in Cod. Goettingenſi, eſt *recinit*.

ead. od. u. 14, uti in alio Cod. ita in Altdorfino, ſed ex ignorantia contextus reperitur: *rex hominum ac Deorum*. Nam hanc formulam hic uerſum ſequentem ordiens *qui* non patitur.

Verſus 38 huius odae ita conſtitutus eſt: *Prodigum Paullum, ſuperante Poeno*.

Od.

Od. XIII, u. 8, uoces *macerer ignibus* Cod. Altd. traſpoſitas exhibet: *ignibus macerer*.

ead. Od. u. 13, pro *audias* habet *audies*.

Od. XIIII, u. 6 pro *gemant*, legitur *gemunt*; ſed ſequitur u. 8 non *poſſunt*, ſed *poſſint*.

ib. u. 18; quod ſine dubio ſcriba uocem *curaque* in libro, unde deſcribebat, legere haud potuit, pro ea ſcripſit, *cintique*; quod monſtrum uocis facile ex maiuſculis literis uocis CVRAQVE oriri potuit.

Od. XVI, u. 6, pro *mentem* Cod. Altd. profert; *mentes*.

Od. XVII, u. 9, cum aliis Codd. habet *baedilia*.

ead. od. u. 16, pro *bonorum* ſimplicius, ſed minus ſignificanter, exſtat *bonorum*.

Od. XVIII, u. 3, pro *nam* legitur *iam*, et u. 5, pro *crepat*, *increpat*.

Od. XXII, u. 11, pro *expeditis* cum libro Florent. habet *expeditus*; et pro *Daunias* u. 14, exhibet ut alii libri, *Daunia*. Vocem autem *nutrix* u. 16 iterum legere haud ualuit ſcriba, et pro ea exarauit: *mitbo*.

Od. XXIII, in initio uerſus primi pro *uitas*, adeſt *uitat*; quod quidem cum uerſu octauo huius odae, ſed non cum uerſu nono, conſpirat.

Od. XXV uerſ. ultimo pro *Euro* legitur *Hebro*.

Od. XXVIII, u. 18 pro *auidis* exſtat *auidum*; et u. 19, pro *denſentur*, ex errore ſcribae *denſatur*, pro *denſantur*; atque u. 31, pro *ſors et*, *forſan*.

Od. XXXI, u. 3 et 4 haec lectio deprehenditur: *non opimae Sardiniae ſegetes feraces*; et u. 18, pro *at* (precor); *et* (precor.)

Od. XXXII in Cod. Altd. incipit a uoce *poſcimus*; et 11 pro *nigris oculis* legitur *nigrum oculis*.

Od. XXXVIII in duobus ultimis uerſibus uerba ita locata ſunt: *neque me bibentem Vite ſub arcta*. Et cet.

Varietas lectionis Epodon libri.

Od. I, *u.* 7 pro *perſequemur* denuo adeſt *proſequemur*.

Od. II, *u.* 11 et 12 exarati ſunt poſt uerſum 13 et 14.
u. 39, pro *quod ſi* ſcriptum eſt *quid ſi*.

Od. III, *u.* 3, legitur *edat*.

Od. V, *u.* 37, pro *exuſta* eſt *execta*; quod probauit GESNERVS.

Od. XI, uerſ. ult. pro *renodantis* extant uerba: *rem dantis comam*; quae uerba uocis *renodantis* ueſtigia habent.

Od. XIII, *u.* 8. eſt *Achamenio* pro *Achaemenio*.

Od. XVI, *u.* 33. non *rauos*, ſed *flauos* inuenimus. Nimirum ſcriba uocem ſibi notiorem exarauit.

u. 35. pro *poterunt*, eſt *poterant*.

Od. XVII, *u.* 17. eſt *Circe* pro *Circa*.

Varietas lectionis in Carmine ſaeculari.

u. 4, pro *priſco* eſt uulgatum *ſacro*.

u. 21, etiam C. Alt. habet: *undenos decies*.

u. 49, incipit a uoce *quique*.

u. 51, orditur a uerbo *imperet*.

u. 55, loco uerbi *petunt* eſt *ferunt*.

Ser-

Sermonum Horatii libri primi Satira I.

u. 10 *cantu* pro *cantum.*

u. 19 pro *nolint* eſt *uolint.*

u. 38 loco *ſapiens* legitur *patiens.*

u. 101 pro *Naeuius*, exſtat *Meuius*, ſ. *Maeuius.*

Sat. II.

u. 25 pro *Malthinus* Cod. Altd. et Goetting. habent *Malchinus.*

u. 68 lectionem Bentleii *uidenti* habet.

u. 78 *Deſine ſectari matronas, unde laboris.*

u. 106 loco *ſectetur*, eſt *ſectatus*. Elegans lectio.

u. 110 pro *pelli* eſt *uelli*, quod uocabulum bene cum uocibus *aeſtus curaſque graues* conuenit.

Sat. III.

u. 21 et 24 pro *Maenius* ſcribitur *Meuius.*

u. 31 pro *corpore* eſt *pectore*; quod haud placet.

u. 86 loco *Ruſonem* legitur *Druſonem.*

Sat. IV.

u. 3 pro *aut fur*, uti in codice Bentleiano, legitur *ac fur.*

Sat. V.

u. 19 pro *ſtertit* exſtat ex gloſſa *dormit.*

u. 51 legitur *Claudi.*

Poſt uerſum 57 huius Satirae incipit defectus huius codicis, qui uſque ad uerſum 49 Satirae primae Libri ſecundi pertinet.

Libri II, Sat. II.

u. 56 pro *ductum* eſt *dictum.* rel.

* *

Iuuenalis Satirae XVI. foliorum 66. Saec. XIII. Codex e biblioth. b. Schwarzii emtus.

Textus cum editione Eilhardi Lubini conſentit.

Scholia quaedam ſparſim in margine Satirae primae addita ſunt.

In Satira prima uerſus 42 eſt omiſſus et ſuppletus a manu recentiori.

Verſui 89 additum eſt habuit.

In Satira tertia uerſus 9, 167, 216 atque 227 omiſſi ſunt.

Sat. IV, u. 36, 48, 69, et 96 omiſſi.

Sat. V, u. 54, 60, et 146 omiſſi.

Sat. VI, u. 232, et 304 omiſſi.

Omnes hi uerſus a manu recentiori ſuppleti ſunt.

In Satiris ſequentibus permulti uerſus omiſſi. u. c.

Sat. VIII, u. 7.

Sat. XI, u. 6, 166, 167.

In Calce initium Scholiorum uerſus primi Satirae primae legitur.

Lectionum huius codicis ſpecimen dedit M. *Vlricus Sebaſtianus Beckius* in Obſeruationibus philologicis in Satiras Iuuenalis duas priores. Altd. Nor.. 1732. 4. qui cum Codice Schurzfleiſchiano mirum in modum illum conſentire docet. Dom. *Iabaus*, Conrector Culmbacenſis meritiſſimus, hunc noſtrum Codicem cum Ebneriano *) aliiſque ueteribus editionibus contulit, uarianteſque lectiones Satirae primae in Programmate, in forma quarta edito, publici iuris fecit.

* *

Clau-

*) Vid. P. II, pag. 147.

Claudianus. Codex eſt Saeculi XIII, formae quartae oblongae. *) Eſt e bibliotheca uiri immortalis, Schwarzii, qui emerat ex Vffenbachiana.

Contuli et cum editione Gryphiana. Lugd. 1535. 8 et cum Elzeuiriana Nicolai Heinſii (Amſtelod. 1665. 8 mai).

Ordo Codicis ita ſe habet:

Incipit a libris in Rufinum. Liber primus integer eſt. Liber uero ſecundus uſque ad uerſum 356.

De bello Gildonico, uſque ad uerſ. 264.

In Eutropium. Lib. I integer

In Libro II deficit uerſus 158:

Barbara Romano ſuccurrant arma pudori.

Verſus 437

Tarda leuant: alii leto iunxere ſoporem

omiſſus eſt.

Sequitur Epithalamium in nuptias Honorii Aug. et Mariae.

Omiſſus eſt uerſus 173:

Hos Mariae cultus, haec munera noſtra precamur.

In tertium Conſulatum Honorii Aug.

In quartum Conſulatum.

Panegyris Manlii Theodori Conſulis.

De laudibus Stiliconis, Lib. I, II, et III.

In ſextum Conſulatum Honorii Aug.

De bello Getico.

Omiſſus eſt uerſ. 215:

Ferrataeque Getis ultro ſe pandere portae?

 Codex

*) Haud diſſimilis eſt codici Virgilii Saec. XV, quem deſcripſit *Ioh. Gottl. Guil. Koehler*, Ienae, 1771. 4.

Codex deſinit uerſu 343:

Obriguere gelu. multos hauſere profundae.

Reliqua omnia deſunt.

* *

Incipit liber febrium a Conſtantino Affricano editus. In forma quarta maiori, foliorum 43.

Codex ſub finem Saeculi XIII ſcriptus eſt, charactere uariis abbreuiationibus deformato.

Conſtantinus Africanus, Carthagine natus, in Oriente, ubi diu uixit, medicinam didicit, et Salernum, quae didicerat, attulit. Obiit A. 1087 in monaſterio montis Caſſini. Eius opera dixit b. *Albertus von Haller* in Biblioth. Med. pract. T. I, pag. 348, 380, 426 et 427.

Exſtant in opere aureo de Febribus, Venetiis 1526 fol. publicato, excerpta a folio 130 uſque ad folium 153, ſub titulo: *Iſaaci Iſraelitae, filii adoptiui Salomonis regis Arabiae, de febribus liber*, diuiditurque in 44 capita.

Vid. b. *Ioh. Andr. Mich. Nagelii* commentatio de Codice MS. Bibliothecae Academiae Altdorfinae *Conſtantini Africani* de febribus. Altdorfii, 1764. 4. e quo hic praecipua exhibeo.

„Codex MS. Altdorfinus diducitur in quinque parti-„culas, quarum tamen primam ſcriba librum appellat, etſi „in titulo totum opus librum appellauit. Codex MS. prae-„ter uarietates quasdam lectionum, quarum ſpecimina dein-„ceps dabimus, uſque ad caput XXIII cum contextu ope-„ris Veneti conuenit. Poſt caput XXII in opere Veneto „ſequi-

„ſequitur cap. XXIII *de febre accidente propter dolorem hepa-*
„*tis, ſplenis, uel alterius membris* (leg. membri.) ſed in cod.
„MS. Altdorfino inter caput XXIII et XXIIII operis Ve-
„neti ſequentia inculcantur: *Explicit III particula. Incipiunt*
„*capitula quartae particulae.* 1) *De cauſſis et accidentibus, et*
„*ſignificationibus cauſonis, et acutae febris.* 2) *De cauſſis et*
„*accidentibus, et ſignificationibus phreneſis.* 3) *De temporibus*
„*acutarum aegritudinum oſtendentibus criſin bonam uel malam.*
„4) *De triplici diuiſione criſis ſecundum uelocitatem l. tardita-*
„*tem l. mediocritatem.* 5) *De tempore certaminis morbi et na-*
„*turae.* 6) *De duplici diuiſione nuntiatiuorum ſignorum.* 7)
„*De cognitione uitae uel mortis in futura criſi.* 8) *De duplici*
„*diuiſione criticorum dierum.* 9) *De cognoſcenda die uel hora*
„*futurae criſis.* 10) *De cognoſcenda purgatione, per quam fa-*
„*cienda eſt criſis.* 11) *De cauſſis et ſignis ſynochae inflatiuae.*
„12) *De laudabili et illaudabili et mediocri ſputo.* 13) *De*
„*ſignificationibus coctionis materiei, et uicinitatis, et tarditatis*
„*crepaturae apoſtematis.* 14) *De cauſſis ad digerendam mate-*
„*riam, et adiuuantibus apoſtema aperiendum.* 15) *De differen-*
„*tia uerae et non uerae pleureſis.* 16) *De peripneumonia.* 17)
„*De alienatione, quae fit propter paſſionem diaphragmatis, et*
„*ea, quae fit propter paſſionem cerebri.* 18) *De ſignificatione*
„*temporum uniuerſorum morborum.* 19) *De diaeta et cura mor-*
„*borum ſecundum ſua tempora.* 20) *De cura acutorum morbo-*
„*rum.* 21) *De cura et cauſſis ſyncopis.* 22) *De cauſſis et ac-*
„*cidentibus et cura icteritiae.* 23) *De cura ſynochae inflatiuae.*
„24) *De cura uerae pleureſis.* 25) *De cura non uerae pleureſis.*
„Quae XXV capitula in libris Baſileae 1536. fol. excuſis
„Conſtantini non deprehendimus, atque pro ineditis repu-
„tamus. Complent autem 18 folia codicis MS.

„Ceterum hic codex ita exaratus eſt, ut ſingulae pa-
„ginae in duas partes, ſiue columnas, diuidantur. Litterae „quodammodo minutae ſunt, et uerba compendiis ſcriben„di nimis ſcatent, quae exercitatum et attentum in hoc ge„nere lectorem requirunt. Indicium quo tempore liber „exaratus ſit, haud inuenimus; quum tamen in margine „libri alicubi ſatis craſſae notae muſicae, appareant, mona„chum ſcribam eius fuiſſe arbitramur. Quiſquis is fuit, „linguae Graecae imperitiſſimus fuit, quum *effimera*, *ptiſis*, „*tipſis*, *ethica*, *periplemonia*, loco *ephemera*, *phthiſis*, *hectica*, „*peripneumonia*, ſcribere ſoleat. Liber conſtat foliis 44, et „paſſim a manu antiqua emendatus, in margine auctus, et „lectioni accommodatior factus eſt. Quis eum bibliothecae „Academicae intulerit, haec inuolucro codicis intus inſcri„pta declarant: *Codicem hunc manu ſcriptum medicum, cuius „Auctor A. C. 1070 c^c floruit, bibliothecae Vniuerſitatis huius „publicae dono dedit Ioh. Conradus Zeltnerus, miniſt. Candida„tus.* Tituli autem ſectionum, earumque initia in codice „Altdorfino paſſim ab editione Veneta abeunt.

„Iam ſpeciminis cauſſa prologum Conſtantini in Iſaaci „librum de febribus ex editione Veneta cum uarietate „lectionis codicis MS. Altdorfini proferemus:

„*Quoniam te* 1) *chariſſime fili, Iohannes, lachrymas maeſto „cordis dolore perpetim effundere* 2) *proſpexi; eo quod exilio, „*3) *nimioque calamitatis maerore* 4) *extenuatum in ultima pau„pertatis inopia te perſiſtere fatebaris; praeſertim cum* 5) *in li„terarum* 6) *ualetudine imbecillis* 7) *permanens, quaecunque me-*

dici-

1) Deeſt *chariſſime*, in MS. Altdorf. 2) Cod. Altd. perſpexi. 3) nimiaeque. 4) extenuatus. 5) deeſt. 6) teneritudine. 7) permaneres.

„dicinae artis 8) ſolida longo temporis 9) interuallo penetraue-„ras, ignauiter 10) in breui obliuioni traditurum te manifeſtabas. „Vnde ego Conſtantinus 11) Caſſianenſis monachus magno pieta-„tis amore commotus, te paterna charitatis dilectione familiari-„ter ſuſcepi, 12) et quae medicinae artis 13) utilia ſcripta, ſeu „in mente, imaginata habui, procul dubio tibi anhelanti animo „concedere non negaui. 14) Atque quoniam generum 15) et ſpe-„cierum febrium diuerſitates tibi ſuper omnia difficiles 16) uide-„bantur eſſe, 17) neque humilibus petitionibus, et dulcium uerbo-„rum precamine indeſinenter oraueras, ut in modico uolumine „omnium febrium differentias tibi 18) planiſſime dictarem, tanti „licet operis laborem 19) haeſitans diu facere denegaueram, 20) „multo tamen ac ſupplici precamine monitus, quia 21) tu nullo „modo ceſſaueras, tuae flexus petitioni hunc librum tranſtuli 22) „ex Arabica lingua in Latinam, cuius uerba 23) quiſquis 24) „legendi ſumma aſſiduitate perfecte intenderit, cauſſas et acciden-„tia uniuerſas febres oſtendentia 25) agnoſcere poterit. Quibus „itaque cognitis, curas earum leuiſſime impendere ſciet.

„Addemus prologo finem libri.

„De febre accidente propter dolorem hepatis, ſplenis uel al-„terius membri.

„Aliquando 26) eſt febris propter hepatis dolorem, aut ſple-„nis, cerebri, lateris, pulmonis, renum, et ſimilium; et ceſſante

F 5 „mor-

8) ſolidi. 9) interſtitio. 10) imbrem. 11) montis Caſſinenſis. 12) quaecumque. 13) utiliſſima. 14) At. 15) ac. 16) eſſe uidebantur. 17) meque. 18) dictarem planiſſime. 19) haeſitanter. 20) a multo. 21) deeſt. 22) pro: *ex Arabica lingua in Latinam*, Cod. habet: ex Arabico. 23) quisque. 24) ſumma legendi aſſiduitate. 25) cognoſcere. 26) febris eſt.

„*morbo, qui eſt cauſſa febris, ceſſat et ipſa; unde utilis eſt* 27)
„*eius curatio, ut certiſſime cauſſa eius curetur, i. ſanetur mem-*
„*brum, cuius occaſione febris generata eſt. Sed prius oportet in-*
„*telligi, quia febris, quae alios morbos concomitatur, aliquando*
„*eſt debilis; ſicut ſi fuerit propter ſplenem, renes, aut veſicam,*
„*et aliquando fortis eſt, et moleſta; ſicut cum fuerit* 28) *propter*
„*hepar, cerebrum et latus; et non numquam eſt debilis, et ali-*
„*quanto fortis; fortis autem* 29) *cum ſit propter pulmonem.*
„*Dolor enim pulmonis ſi fuerit propter ſanguinem, aut choleram,*
„*febris erit moleſta. Si autem ſit propter phlegma, aut choleram*
„*nigram, febris erit lenis, moleſtatio autem febris, quae ſit pro-*
„*pter hepar,* 30) *quia materia eius eſt ſanguis; lenitas autem*
„31) *eius, quae ſit propter ſplenem,* 32) *eſt propter choleram ni-*
„*gram, quae eſt eius materia; moleſtatio febris, quae ſit propter*
„*cerebrum,* 33) *eſt propter neruos; et* 34) *ſenſus acumen. La-*
„*teris autem moleſtatio ſit propter* 35) *choleram, quae eſt eius*
„*materia,* 36) *et propter uicinitatem cordis.* 37).

„Ex prologi itaque uerbis huius libri: *tranſtuli ex Ara-*
„*bico*, ſatis patet, hunc librum eſſe uerſionem de ſermone
„Arabico; ſed quis eum Arabice ſcripſerit, Cod. MS. Altd.
„non habet. Habet tamen id editio Veneta, quae opus
„abſurde Iſaaco Iſraelitae, filio adoptiuo Salomonis regis
„Arabiae, tribuit. Agunt de hoc Iſaaco Iulius Bartoloccius
„in *bibl. magna Rabbinica part. III, p.* 924; Wolfius *bibl. Hebr.*
„*tom. I, p.* 656 (emenda 669); *tom. III, p.* 581, et *tom. IIII,*
„*p.*

27) huius febris curatio. 28) propter cerebrum, hepar, et latus. 29) deeſt 30) fit ex materia eius, quae eſt ſanguis. 31) deeſt. 32) fit. 33) fit. 34) ſenſuum. 35) ſanguinem, qui. 36) circa uicinitatem. 37) Deo gratias.

„*p.* 882; et Fabricius *bibl. Graec. uol. XIII, p.* 303. Wol-
„ſius *tom. I, loc. cit.* annotat Bartolocciūm ex hoc Iſaaco
„quatuor effinxiſſe ſcriptores, cui rei uarietas nomīnum ex
„parte occaſionem dedit; quum mox R. Iſaac *Iſraelita,* mox
„Iſaac filius Salomonis, et a quibusdam Iſaacus Beimiram,
„aut Beniamin uocetur. Eius opera in linguam Latinam
„conuerſa eſſe, innotuit quoque R. Gedaliae, qui in
„libro שלשלת הקבלה fol. mihi 30, 1, de Iſaaco ait: רבינו
יצחק הישראלי חכם גדול בתורה ובכל המושכלות ועשה חבור„
על הרפואה שנעתקו א לשון למינו ופי׳ על מסכת מכוח„
חבורים אחרים וחיה יותר מק׳ שני׳ ולא נשא אשה ומת שנת„
„id eſt: *Magiſter noſter* ד׳ת״ס לבריאה שהיה תת״פ לחרבן׳
„*Iſaacus Iſraelita, peritiſſimus fuit legis, et omnium ſcientiarum,*
„*ac confecit opus aliquod de medicina, quod translatum eſt in*
„*linguam Latinam; itemque expoſitionem tractatus Talmudici de*
„*plagis, aliosque libros, et uixit ultra* 100 *annos, nec uxorem*
„*duxit, et mortuus eſt anno* 4460 *a creatione, qui annus incidit*
„*in annum uaſtationis* 880. Sed hi numeri non conueniunt.
„Wolfius l. c. t. III, ſcribit Gedaliam Iſaaci aetatem re-
„ferre ad annum Chriſti 940; quae ratiocinatio lectioni
„noſtrae editionis Gedaliae praeferenda eſt. In opere *au-*
„*reo Veneto* a *fol.* 117 *conuerſo* usque ad *fol.* 129, exſtat
„huius Iſaaci liber de *febribus* capita XLV continens, prae-
„ter illum, cuius uerſio Conſtantino in illo opere tribuitur.
„Sed in utroque libro, et res et uerba fere omnia ſaepe
„per tota capita conueniunt u. g. in uerſione anonymi *c.*
„*XXXVII de epialos et eius cura* cum *c. XXXIX* in uer-
„ſione Conſtantini, *de cura epialos;* item *c. XXXVIII uerſ.*
„anonymi *de liparia et eius cura,* cum *c. XL* uerſionis Cōn-
„ſtantini *de cura liparia* etc. ita ut prior ille liber de fe-
„bribus, cuius interpres nominatus non eſt, ex poſteriori,

cuius

„cuius uerſio Conſtantino adſcribitur, confectus et pro ar-
„bitrio alicuius diſpoſitus, uariatus, ac mutatus eſſe, ui-
„deatur.

„Praeſtantem eſſe codicem MS. Altdorfinum iam ſatis „patet, quum ex iis quae adhuc attulimus, comprehenſum „et perſpectum ſit, doctrinam Conſtantini multis occaſioni „fuiſſe, ut libros eius paſſim, ſed fere pro lubitu tracta„rent, et immutarent, atque ad ſuam quiſque ſententiam „deſcriberent. Codex Altdorfinus autem non ſolum inedi„ta, uti uidetur, parte, inſtructus eſt, ſed melioribus le„ctionibus, quam libri editi, ornatur. Quis enim u. g. non „uidet? in prologo *perſpexi*, melius eſſe quam *proſpexi*, *ne„que* ibidem pro *meque* ineptum eſſe, et gloſſas et mutatio„nes eſſe: *ualetudine*, pro teneritudine, ex *lingua Arabica in* „*Latinam*, pro *ex Arabico* etc. Ipſa quoque imperitia ſcri„bae, quae paſſim ex MS. elucet, librum a mutandi licen„tia tutum praeſtitit. Ceterum etſi Conſtantinus in genere „ſuo dicendi aeui ſui labes habet, ſatis tamen numeroſe et „perſpicue ſcripſit, et a tumore Africano abhorret.„ Haec b. *Nagelius*.

* *

Antidotarius, ſ. Liber Nicolai Myrepſi, de compoſitione medicamentorum, ordine alphabetico. Scriptus Saec. XIV literis monachalibus magnis in forma quarta, foliis 65. In medio folium deeſt.

Nicolaus Myrepſus, Alexandrinus, Medicorum Graecorum nouiſſimus, *) floruit A. C. 1198. In hoc codice Verſio

*) Non confundendus eſt cum Nicolao, *Praepoſito*, Salernitano, qui 150 capita

Verſio latina Diſpenſatorii medici quibusdam foliis mutilata eſt.

Ego nicolaus rogatus a quibuſdam in practica medicine ſtudere uolentibus, ut eos recto ordine modum diſpendi conficiendique docerem etc.

Aurea alexandrina, aurea dicta eſt ab auro, alexandrina ab alexandro peritiſſimo philoſopho inuenta etc.

Edidit Ioh. Agricola Ammonius Ingolſtadii, 1541. 4. Recuſum eſt iſtud Diſpenſatorium Venetiis, 1543 1560 8 ab Antònio Stupano auctum. Vid. b. Halleri Biblioth. botan. T. I, pag. 167, 168. Bibl. med. pract. T. I, p. 324. Meliorem tranſlationem dedit Leonhardus Fuchſius, ſub tit. *Medicamentarium opus in 46 titulos digeſtum.* Baſileae, 1549. fol. Lugduni, 1550. 8. 1663. 12. Exſtat quoque in Collectione Henr. Stephani Artis medicae Principum poſt Hippocratem et Galenum, 1567 fol. pag. 353 ſeq. et recuſ. Francof. 1626. 8. Norimb. 1658. 8 curante Ioh. Hartm. Beyero, ſub tit. *Theatrum de recta medicamentorum praeparatione et uſu.*

* *

Geometria Euclidis ab Anicio Manlio Seuerino Boetio in latinum ſermonem lucidius tranſlata, ſcripta in pergameno.

capita ex Myrepſo deſcripſit, cuius Antidotarium paruum recuſum eſt cum Ioh. Meſues operibus, Venet. 1471. 1484. 4. Et cum titulo *Diſpenſatorii ad aromatarios*, ſine loco et anno. fol. et Lugd. 1505 fol. 1512. 4. ex recenſione *Mich. de Capella*, 1536. 1538. 4. Vid. Ill. Halleri Biblioth. medic. pract. T. I. p. 325 et Biblioth. botan. pag. 168 ubi confundit hunc cum Nicolao Alexandrino, ſ. Myrepſo.

mene minoris formae, ſed quadratae, lucolento charactere, uariisque figuris geometricis diſtincta, conſtans foliis 80.

Codex hic ualde antiquus eſt, quod non ſolum litterarum formae elegantes, ſed etiam cifrae declarant, ſ. figurae numerariae, quae accurate conueniunt cum cifris arabicis: ſiquidem omnes ſupinae iacent, cum hodie erectae ſcribantur. Vid. de hocce criterio antiquitatis Ioh Wallifius, P. I Opp. p. 49. Occurrunt illae in abaco Pythagorico inſerto. Excuſa quidem eſt haec translatio Boetii inter opp. eius, quae prodierunt Venetiis, 1491, 1499, Baſil. 1546 et iterum 1570. fol. p. 1487. ſed textus in noſtro codice ulterius extenditur poſt figuram unciarum, ita enim pergit: *Superius uero digeſtae formulae* etc. Poſtea incipit Epilogus, qui deficit in impreſſo exemplari, atque ita incipit: *Si qui uero de controuerſiis, et qualitatibus, et nominibus acrorum etc.* Finit: *Nos uero haec ad praeſens dicta dixiſſe ſufficiat.*

* *

Codex in forma quarta maiori, Saeculi XI. Foliorum 72. Emtus e Bibliotheca V. Cl. Godofredi Thomaſii.

Incipit Vita Sci Ambroſii Epiſcopi ſcripto a Paulino Epiſcopo.

I. *Hortaris uenerabilis Pater Auguſtine, ut ſicut beati Viri Athanaſius epiſcopus et ieronimus preſbyter ſtilo proſecuti ſunt uitam ſanctorum pauli et antonii in heremo poſitorum etc.*

II. Vita S. Nicolai, Epiſcopi, ſcripta a *Iohanne Diacono.*

III. Vita S. Seueri Archiepiſcopi Rauennatis.

IV.

IV. Vita S. Corbiniani Epiſcopi.

V. Vita S. Vdalrici Epiſcopi.

* *

Codex in forma quarta maiori Saeculi XII. Folior 48. Monacho Benedictino Formbacenſi ſcriptus. Erutus e Biblioth. Thomaſiana.

I. Fragmentum Epiſtolae *Sulpitii Seueri* ad Baſſulam.
— *luctus omnium, quanta praecipue merentium lamenta monachorum qui eo die fere ad duo milia conueniſſe dicuntur etc.*

II. *Sulpitii Seueri* Dialogi tres de uita B. Martini, cum capitulis. *)

III. Epiſtola S. *Martini* Ep. ad Arcadium et Honorium.

IV. Sermo S. *Ambroſii* de tranſitu S. Martini.

V. Item Sermo qualiter corpus eius tranſlatum ſit.

VI. Verſus in cella S. Martini.

VII. Vita S. Briccii Epiſcopi. **)

VIII. Ex *Gennadio*, cap. XIX.
Seuerus presbyter cognomento Sulpicius, aquitanice prouinciae uir genere et litteris nobilis etc.

IX.

*) Editi ſunt Lipſiae, 1709. 8. cum notis Ioh. Clerici.

**) Similia commenta in codice Quedlinburgenſi, in bibliotheca templi S. Seruatii, reperiuntur, qui ad Carolingorum aeuum pertingere uidetur. Vid. Tobiae Eckhardi Codices manuſcripti Quedlinburgenſes, quibus acceſſerunt uariantes Lectiones e codice perantiquo Sulpitii Seueri de Vita S. Martini, itemque inſcriptiones in cella et Baſilica S. Martini etc. Quedlinb. 1723. 4. pag. 13 et 17 ſeq.

IX. Traditiones Formbacenſes. *)

Preſentibus et futuris notificamus quod quedam mulieres mathildis et chunigundis delegauerunt ſe per manum cuiuſdam nobilis uiri Ditrici de ſünigarteſreut libera manu ad cenſum. V. denariorum altario ſancte Marie in Forinbach annuatim perſoluendos. Sub his teſtibus Chuonradus camerarius Rawwinus et Albero de lauenpach Wipoto et Engilſalcus frater eius de witroue Ditricus de pubag.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam Rudigerus nomine de haigeren delegauit quendam hermannum nomine manu propria Altario ſancte Marie. V. denarios perſoluendos annuatim Sub his teſtibus Vlricus heinricus fratres eiuſdem Rudigeri Chunradus de Aeſinheim et Engilſalcus frater eius de bigren Winthecus Ditricus et alii quam plures Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam nobilis uir Ortwinus nomine D delegauit filiam ſuam libera manu ad cenſum, V. denariorum annuatim perſoluendum altari ſancte Marie in forinbach ſub his teſtibus Walchunus Hermannus de wege Vlricus de utinhaim Arnoldus Vlricus Ortolfus Ditricus Eberwinus Vlricus frater eius.

* *

Codex Informa octaua min. Saec. XIII.

In

*) Formbacum, Monaſterium D. Benedicti, Tetrarchiae Landshutanae adſcriptum. Fundatum eſt A. 1094 ab Egberto I. Neuburgenſium atque Putenae Comite. Exhibet iſtas Donationes Dom. de Bra in Monumentis Boicis, T. IV, pag. 121, ubi ad A. 1175 referuntur, *Angeli Rumpleri*, Abbatis formbacenſis, Hiſtoria Monaſterii ſui, uſque ad A. C. 1505 edita eſt in Pezii Theſauro Anecdotorum nouiſſimo, T. I, Parte III, pag. 420 ſeq.

Incipit liber ſci Ambroſii epiſcopi de bono mortis. *)
Quoniam de anima ſuperiore libro ſermonem aliquem contexuimus. faciliorem uiam putamus de bono mortis conficere aliquid etc.

* *

Petri de Vineis Epiſtolae. Codex Saeculi XIV. 177 foliorum, in forma quarta maiori. E bibliotheca b. C. G. Schwarzii. Vid. Catal. Biblioth. Schwarz. P. II, pag. 3. num. VIII.

Ab initio legitur: *Conuentus eſſlingenſis ordinis predicatorum. Anno IX.* (1409).

Codex in duabus columnis exaratus eſt. Incipiunt 33. Capita Libri *primi.* Deſunt quinque Epiſtolae, quae primum leguntur in editione Ambergae 1609. 8. edita, cum triceſima quarta edit. Baſil. 1740. **)

Fol. 31. *Expliciunt dictamina prime partis.*
Incipiunt capitula ſecunde partis.

De

*) Exſtat in primo Volumine editionis Pariſinae 1691. fol.

**) Curante Ioh. Rudolpho Iſelio, e codice Saeculi XV Bernenſis Bibliothecae. Cum hac editione, e Schardiana (Baſil. 1566. 8) expreſſa, comparaui noſtrum Codicem, qui cum uariantibus MS. Bernenſis congruit. Priſtinus poſſeſſor codici Altdorfino praefixit hanc notitiam: *Hoc MS. concordat cum illo Exemplari, quod A. 1609. Ambergae prodiit in 8. pleriſque in locis et Rubricis. Verum in MS. Thomano* (Lipſiae) *61 Epiſtolae plures reperiuntur. Sed ultimae quinque Epp. Libri I edit. Amberg. in utroque MS. deſunt.* Bernenſis etiam codex ualde concordat cum Codice Peutingeriano, quem poſſidet Dom. Zapfius Aug. Vindel. deſcriptumque exhibet in recenſione ſuae bibliothecae, pag. 18—29.

De 59 Capitulis (ſiue Epiſtolis) Libri *ſecundi* editionis Baſileenſis 1740. 8. 2 Vol. ſequentia omiſſa ſunt:

Epiſt. I. Cap. 10. quatuor ultima lineae, quae ibi leguntur pag. 265.

Cap. 11, 18 & 19 hic deſiint; leguntur tamen fol. 145.

Capitis 34 initium deeſt.

Poſt Cap. 37 deſunt tria Capita ſine inſcriptione (in edit. baſileenſi, pag. 314) quae habet codex Bernenſis.

Cap. 43 deficit.

In Libro *tertio* deeſt Cap. 46. Sed adſunt Capita 49 — 61, quae deficiunt in Cod. Bernenſi. Leguntur vero in prima edit. Baſileenſi ſ. Schardiana, et in Argentoratenſi bergenſi.

Caput 64 ſuo loco deeſt; ſed legitur fol. 140 b. et iterum fol. 155.

Liber *quartus* integer eſt.

In Libro *quinto* deſunt Capitula 5 — 8. Sed Cap. 5 exhibetur Fol. 158 b. Cap. 7 fol. 146 b.

Cap. 10 ſuo in loco deficit, ut et Cap. 31; leguntur tamen fol. 165 b.

Integra deſunt Cap. 30, 46, 48, 49, 56, 70, 78, 83, 84, 93, 100, et 117.

Suis in locis deſunt Cap. 58 et 80, ſed leguntur Fol. 166. Cap. 106 legitur fol. 166 b. Cap. 112 autem fol. 167. et Cap. 114 fol. 167 b. Caput 110 fol. 167 repetitum eſt.

In Libro *ſexto* cap. 27 et 28 deſunt, leguntur autem fol. 168.

Fol. 128 b priſtinus quidam poſſeſſor ſub initium huius Libro ſexti ita adnotauit:

In MSCto Thomano adhuc 43 *Epiſtolae in hoc ultimo Libro reperiuntur.*

Itemque in Libro IV aliae 7.

In Libro V reperiuntur aliae 11, *adeoque* 61, *quae quae Typis impreſſae non ſunt.*

Forſan Schminckius *) atque Werenberg **) uſi ſunt codice Lipſienſi in editione ab iis adornanda. Sed dolendum eſt morte iſtos uiros impeditos fuiſſe.

Sub finem ſex librorum uaria Capitula, ſiue potius Epiſtolae *Petri de Vineis* leguntur *de conſtitutionibus editis in imperio*, abſque ordine ſcriptae. Non nullae bis exaratae, multae aliae ad libros praecedentes pertinent, in quibus omiſſae erant. Nihil ineditum occurrit.

Index codicum MSS. Epiſtolarum Petri de Vineis ex Montefalconii Bibliotheca Bibliothecar. MSS. noua.

In Biblioth. Caeſ Vindobonenſi.

N. 285. Inter uaria: *Epiſtolae duae Petri de Vineis*

In Biblioth. Gothana.

Excerpta *Ern. Sal. Cypriani.* Lipſ. 1714. 4. mai, pag. 21. *P. de V. Epp.*

In Muſeo Britannico Londin.

Catal. MSS. Bibl. Reg. Lond. 1734. 4. pag. 187, *Petri de Vineis flores dictaminum.*

In Bibl. Cotton. Pars Veſpaſian. *P. de V. Epp.*

In Bibliotheca Bodleiana. Oxon.

N. 2686. *Petri de Vin.* epp. L. VI.

In Bibl. Collegii Noui Oxon. Num. 1122.

In Bibl. Norfolc. in Coll. Greshamenſi Lond.

N. 3036. *P. de V. de priuilegiis ab Imperatoribus conceſſis. In Bibl. Reg. Pariſina.* N. 3839. 4081. 82. 83.

G 2 Num.

*) Biblioth Bremenſ. T. VI, p. 194.

**) *I. A. Fabricii* Biblioth. med. et inf. Latinit. L. XV, p. 836.

Num. 6178. Tractatus, qui uocatur *Flores Magiſtri Petri de Vineis.*

In Bibl. Reg. In Biblioth. D. Caroli de Montchal, Archiep. Toloſani. Codex chartac. N. 311. *P. de V.* Epp. Libri VI.

In Bibl. Colbertina. Cod. 1392. 4026. 4235. 4050.

In *Bibl. Eccleſ. Cathedr. Laudunenſis.* N. 304. 14. Q. *hiſtoria rixarum Frederici Imp. cum ſummo Pontifice, auctore* Petro *de Vineis.*

In Biblioth. Regia Taurinenſi. P. de V. Epp. in fol.

In Vaticana.

In Biblioth. Reginae Sueciae. n. 70.

In Bibliotheca *Alexandri Petauii.* n. 460 et 925.

In Inuentario MSS. Biblioth. Vaticanae, T. V. n. 3998, 99. T. VI. n. 5985. Petri de Vineis, *Commentaria hiſtorica de rebus geſtis Frederici Imperatoris.*

N. 5404. *Petri de Vin. Epp.*

In Bibl. Card. Ottoboni.

Codex Saec. XV. Epp.

In fine Codicis noſtri legitur fol. 169 fragmentum a prima manu forſan e Ioh. Wallingfordii Chronica, (ap. *Th. Gale* Vol. I, p. 525) ſiue ex *Guillielmo Malmesburienſi.* (in Collect. Sauiliana, pag. 174) Ita incipit:

Poſtremo iuſſit et ciues et ſaxones kalendis maii quae iam inſtare incipiebant in pago ambrii conuenire, ut ibidem predicta ſtatuerentur. Quod cum in utraque parte conceſſum eſſet. Hengiſtus noua arte uſus precepit commilitonibus ſuis, ut unusquisque longum cultrum ad latus more ſuorum habens uoci ſue obediret. Et cum colloquium ſecurius tractarent britones. ipſe daret eis hoc ſignum. Nemet oure ſaxas. unusquisque paratus aſtantem britonem audacter

dacter occuparet atque abſtractis cultris ocius ipſum iugularet. cet. Fol. 170 b. *Incipit prophecia merlini.*

Coegit me alexander lincolienſis preſul nobilitatis tunc dilectus prophecias merlini de britannico in latinum transferre antiquam hiſtoriam antequam hiſtoriam paraſſem quam de geſtis regum britonicorum inceperam. &c. — (*Fol* 176) *Nec mora cum craſtina dies illuxit. applicuit aurelius ambroſius.*

A manu alia Saec. XIV. iſthaec ſcripta ſunt:

De iſto Merlino in quadam Cronica ſic ſcribitur. Merlinus vates egregius ex filia regis virgine moniali, operacione demonis incubi procreatus, vaticinare cepit etc.

In folio ultimo legimus ita: *De homicidio. Epiſcopis et Prelatis ut clericis quibuscumque dicitur, quia clerici poſſunt deponere querelam de Laicis ſuis malefactoribus penes iudicem* rel.

Codices chartacei.

In Folio.

Gualteri de Caſtellione, Inſulani, *) Hiſtoriarum Alexandri M. Libri X, carmine heroico.

Cel. Dom. I. A. M. Nagel Recenſionem huius codicis ſcripſit ediditque Altdorfii Nbr. 1757. 4.

Codex editioni deſtinatus fuit. Eſt foliorum 290.

Philippus Gualterus de Caſtilione Inſulis in Flandria natus, fuit Philoſophus, Poeta et Theologus inſignis, qui floruit a medio Saeculo XIII usque ad finem. Hoc libro geſta Alexandri M. in Carmine heroico, ſummo ingenii acumine et venuſtate congrua egregie expoſuit. Sed

 diſpli-

*) Vid. *Ioh. Alberti Fabricii* Biblioth. lat. mediae et infimae aetatis, L. VII et VIII, pag. 328.

diſplicent in hoc opere cenſoribus ſeuerioribus, quod beneficio caeſurae nimis frequenter utatur, uocabulorum graecorum ſit negligentior, Darius priorem utramque ſere ſemper breuiet, non raro inuſitata et obſoleta uerba adhibeat, et uoce *mediante* admodum ſit delectatus. Perſtringit etiam hanc Alexandreidem Lilius Gregorius Gyraldus de Poëtis Dial. IV. In hoc exemplari noſtro MSS. deeſt Epiſtola Auctoris eiusdemque Epitaphium, quod in MSS. Bibliothecae S. Galli et Engelbergenſis occurrit, in qua epiſtola fatetur, ſe hoc opus quinquennio elaboraſſe. Deeſt quoque Clauſula, in MSC. Engelbergenſi occurrens, quae ita ſe habet;

Explicit Alexandri M. Gualteri de Caſtilione. Scriptus fuit liber iſte a. DN. 1247.

Diſcrepat quoque MSC. noſtrum exemplar non ſolum uerborum traiectione, ſed etiam multis in aliis ab impreſſis et in primis ab eo, quod edidit Athanaſius Gugger in monaſterio S. Galli 1659. 12.

Praeter Alexandreidem ſcripſit Gualterus Rhythmicas cantiones, quarum collectionem vidit b. Koehlerus in Biblioth. Rhedingeriana Vratislauienſi, Repoſitorio I, Cod. 42, ex quibus apparet, eum inter teſtes ueritatis eſſe connumerandum: ſiquidem ibi legitur hymnus, impreſſus apud Wolfium in Memorab. Lection. Centuria XII, p. 376. in quo grauiſſime in Curiam Romanam inuehitur.

Sequentia damus ex Programmate Nageliano. Vt uero ratio huius codicis eo melius pateat, adſcribemus totum libri titulum, qui hic eſt: *Hiſtoriarum rerumque bellicarum Alexandri Magni Macedonis Graecorum Regis, libri X. carmine heroico magnifice docteque conſcripti*

au-

authore Gualtero Caſtellienſi. Poeta quondam clariſſimo. ad R. D. Guilielmum olim. Senonenſem. poſtea uero Archiepiſcopum in Galliis Remenſem ex antiquiſſimis manuſcriptis exemplaribus ſedulitate atque labore R. D. Hinrichi Dudeni. Imperialium et exemptorum monaſteriorum Werdenenſium et Helmenſtedenſium Abbatis. cum eiusdem ſcholiis ac elucidationibus adiunctis in communem ſtudioſorum uſum commodumque iu lucem editi. Anno a uirgineo partu 1588 *Helmenſtadii.* Clarum itaque et comprehenſum eſt ex hoc titulo, librum hunc ad editionem paratum fuiſſe. Neque uero hanc editionem umquam publicatam eſſe cenſemus. Quantum enim nobis conſtat, Gualterus quater duntaxat typis expreſſus eſt. Tres eius editiones typis excuſas ennarrat Fabricius *l. c. pag.* 329: *Poſt editionem,* inquit, *Argentinenſem an.* 1513, 8, *hos libros uulgauit Oſwaldus Eck, dicauitque Alberto, Comiti Palatino Rheni, et Duci Bauariae, Ingolſt.* 1541, 8, *ex officina Alexandri Weiſſenborn. Hanc editionem cum uariis lectionibus, adſcriptis manu Chriſtiani Daumii τὰ μακαρίτα, qui huius ſcriptoris editionem cogitabat, poſſidere ſe teſtatur V. C. Chriſtophorus Heumannus in conſpectu reip. literariae pag.* 65, *et in actis Philoſophorum parte XV pag.* 371. *Denique Gualteri Alexandreis lucem uidit Lugd.* 1558, 4, *ſingulari et nitido typorum charactere, qui propius accedit ad currentes literas, quibus in ſcribendo utimur.* Neque alias editiones annotauit Aubertus Miraeus ad Henricum Gandauenſem de ſcriptoribus eccleſiaſticis *pag.* 165 ſeq. ubi ita commentatur: *Binos Walteros, ſiue Gualteros, Inſulae (quae urbs eſt Gallo Flandriae, mercatu celebris) natos recenſet Henricus Gandauenſis, eumque ſecutus Sixtus Senenſis. Sed Valerius Andreas in bibliotheca Regia cen-*

 ſet,

ſet, unum eundemque fuiſſe, qui *hoc capite* 20 *et cap.* 19 *memoratur, dicitque claruiſſe circa annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum quintum. Exſtant autem libri decem Alexandreidos ſiue de geſtis Alexandri Magni a Philippo Gualtero Caſtellionenſi, uerſu heroico, non infelici, ad Guilielmum Remenſem Epiſcopum ſcripti; Argentorati* 1513, *Ingolſtadii, et Lugduni* 1558 *typis editi.* Cui loco Miraei b. Magnus Daniel Omeiſius ſequentia addidit: *quod de Sixto Senenſi perhibet Miraeus, id in eiusd. biblioth. non inuenio. Videatur pag.* 290. His tribus literarum typis procuſis, et ab aliis indicatis exemplis, nos addimus quartum, quod hunc titulum gerit: *Alexandris ſiue geſta Alexandri Magni libris X comprehenſa auctore Gualtero de Caſtellione, editio altera. Superiorum permiſſu. Typis Monaſterii S. Galli, excudebat Iacob Müller. Anno partae ſalutis* 1693. Forma uero libelli eſt duodecima. Quodſi autem uerba *editio altera* ad editionem aliquam priorem in Monaſterio hoc curatam ſpectent, noſtra editio eſſet quincta. Deſcribemus hanc editionem hic paullo uberius, quod haud nouimus eius mentionem alias factam eſſe. Incipit ea a praefatione typographi, in qua et ſubſidia huius editionis recenſentur, et de Gualtero iudicium fertur. Communicabimus haec cum humano lectore. Sic uero differit typographus: *In hoc edendo nactus ſum exemplaria duo MSS. uetuſta, alterum ex bibliotheca celebris Monaſterii Montis Angelorum, Ordinis S. P. Benedicti, a R. imo eiusdem Coenobii, erudititſſimoque Abbate mihi communicatum, alterum uero ex noſtra, id eſt S. Galli uetere armario depromptum, et gloſſa interlineari explicatum, quam et prius illud exemplar, ſed rariorem habet; — Vt tamen in rebus humanis nihil eſt ex omni parte beatum, ita ſunt in*

hoc

hoc opere, quae diſplicere poſſint politioribus. Equidem ut de iis taceam, quae neceſſitas extorſit, uti ſunt topographus, Meſopotamia, Ieruſalem *etc. tantus auctor beneficio caeſurae utitur forte nimis frequenter. Deinde Graecorum uocabulorum fuit negligentior* — *Erant et inuſitata quaedam, et obſoleta uerba Latina, pauca tamen, quorum loco, ne ueſtis ſplendida his quaſi maculis fuſcaretur, alia ſubſtitui*, (quod tamen nobis et ſine dubio etiam aliis arbitris rectius praetermiſſum fuiſſet) *illis interim in marginalia plerumque relatis, praeter ablatiuum*, medianie, *qua uoce, quia ſaepius utitur, delectatus eſſe uidetur.* Poſthaec legitur epiſtola Gualteri ſed in proſa. Huic comes eſt epitaphium, quod ſibi feciſſe dicitur Gualterus, cuius primus tantummodo uerſus ab Henrico Gandavenſi, tamquam monoſtichon, prolatus eſt, a Sebaſtiano autem Linck apud Fabricium *l. c. pag.* 328 *in nota* prius dumtaxat diſtichon publicatum, totum autem ſic habet editio *Monaſterii S. Galli: MS. Engelbergenſe quod ſequitur, habet epitaphium; iſtud ſcripſit, ſeu fecit Gualterus, auctor huius libri, antequam carmen incepiſſet, quia timuit morte praeueniri.*

Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen,
    Pertremuit modulis Gallia tota meis.
Geſta Ducis Macedum ſcripſi, ſed ſyncopa fati
    Inceptum clauſit obice mortis opus.

In diſticho priori loco uocis, *pertremuit*, Sebaſtianus Linck publicauit, perſtrepuit. In fine libelli haec habentur typographi: *Dum librum concludo, ecce beneuole lector, eorum imperio, quibus me parere oportet, iniungitur, ne quid minus ex fide MS. exemplarium feciſſe uidear, ut uer-*

ſus etiam deprauatos uel leuiter mutatos, ſubſtitutis, ſed alio ſubinde charactere uocabulis fideliter adnumerem, id quod factum uolo. Itaque praeter ea, quae in marginalibus adferuntur, in utroque MS. ſic lego. Adeſt deinde ipſe hic index uerſuum mutatorum cum lectionibus MSS.

Progredimur iam et redimus ad recenſionem MS. Altorfini Gualteri. Poſſedit id olim Iohannes Saubertus, filius, ex cuius bibliotheca id ſibi comparauit Magnus Daniel Omeiſius, unde tandem in bibliothecam noſtram Academicam peruenit. Omeiſius, in fronte libri teſtimonia nonnulla de Gualtero, nimirum Henrici Gandauenſis, Miraei, et Joſiae Simleri annotauit. Poſthaec titulus libri a nobis ante allatus, reperitur. Deinde, omiſſis praefatione proſæ, quam editio noſtra Gallenſis habet, et epitaphio MS. Engelbergenſis, ipſa Alexandreis ab argumento libri primi ita incipit: *Hiſtoriarum ſiue geſtorum Alexandri Magni Macedonis Grecorum Regis liber primus. Argumentum in librum primum;* ſub finem libri decimi poſt uerſum: *Stelliferum quatiunt, agitando tonitrua fratres,* addita ſunt haec: *Finis libri decimi et ultimi*; et pagina ſequenti: *Authoris peroratio finalis;* ac denique poſt uerſum: *Phoebus anhelantes conuertit ad aequora curſus*, ſequentia leguntur: *Author colophonem imponit.* Ceterum MS. hoc Altorfinum quodammodo cum illis conuenit, quae in praefatione editionis Gallenſis deſcripta ſunt. Inſtructum enim eſt gloſſa interlineari, ſed praeterea notis in peculiaribus ſchedis foliisque libro inculcatis, ſcriptis, et lectionis uarietate, quae in margine notata eſt.

Dabimus rei ſpecimen argumento in librum primum, ita tamen ut hic gloſſa interlinearis uerſibus ſubiiciatur.

Pri-

Primus 1) Ariſtotelis imbutum 2) nectare ſacro 3)
Scribit 4) Alexandrum, * ſceptrisque inſignit 5) et armis,
Cecropidas 6) a) regi rurſus confoederat arces
* Diruit Aonios 7) b) numeroſa claſſe 8) profundum
Intrat, et appellens 9) Aſiam de naue * ſagittat. 10)
Parcendumque 11) ratus, hoſtem ſine Marte 12) triumphat 13)
Elatusque animo 14) ſub ſole iacentia regna
Iam ſibi parta putat, Aſiam de uertice montis
Inſpicit, et patrias partitur ciuibus 15) urbes, 16)
Pergama 17) miratur, et ſomnia uiſa retractat. 18)

Haec b. Nagelius.

In forma quarta.

Dom. I. A. M. Nagelii Recenſio Codicis MS. chartacei Bibl. Acad. Altdorf. Horatii carmina aliaque complectentis, cum ſpecimine uariae lectionis Horatii huius Co-

* Sceptrisque, al. ſceptroque * Diruit, al. obruit * ſagittat, al. ſalutat.

Gloſſ. int. 1) liber. 2) repletum 3) ſacra et dulci doctrina. 4) in ſe ſcriptum oſtendit. 5) inſignitum eum oſtendit. 6) Athenienſes. 7) Thebanos. 8) nauium multitudine. 9) applicans. 10) Sagitta percutit, uel alias ſalutat. 11) ſ. hoſtibus. 12) ſine conflictu 13) triumphando deuincit. 14) habens animum elatum. 15) militibus 16) ſ. patriam ſuam. 17) latitudinem Pergamorum. 18) quomodo dominus ei apparuerit in ſomniis memorat.

Scholia. a) Cecrops primus fuit Athenienſium rex, qui Athenas condidit, unde urbs Cecropia dicta eſt, et incolae Cecropidae dicti. b) Aon Neptuni fuit filius, qui imperauit populis circa montes Aonios, in Boeotia habitantibus, unde una cum montibus Aones uel Aonii dicti. Aonii quoque dicti Thebani.

Codicis, et ſpicilegio uariae lectionis Cod. membr. Horatii etc. Particulae IV. Altd. 1769 — 1775. 4.

Exſtant in hoc cod. MS. primum *tres libri Ciceronis de officiis*. Prima uox eorum literis maioribus exarata eſt, ita tamen, ut prima eius litera loco pictae ſit parua, quod etiam alias in hoc codice obſeruatur. Saepius ubi noua argumenta ordiuntur, prima litera uocis eſt rubra, interdum autem plane deeſt. Sic pagina quinta pro Triplex occurrit Riplex. Fini librorum Ciceronis *de officiis* haec ſunt addita: *Amen*.

Excellunt libros cunctorum philoſophorum
Iſti, quod fecit tres tullius officiorum.

Dordrecht.

Deinde ſequuntur Horatii *carminum libri quatuor*; poſt haec, uti in hoc codice legitur: *Epodon, id eſt, clauſaris*, ſcilicer liber. Porro *carmen ſeculare*, cui haec ſubiecta ſunt: Q. F. Ho. Carmen. Seculare Explicit. *Hic deberet ſequi liber de arte poetica. deinde Sermones: poſt uero epiſtolas.* Carmen ſaeculare excipiunt *ſermonum libri* II. Quibus addita eſt tabula XXVIII *pedum metrorum*, quorum primus in ea eſt: *Pyrrichus* (pyrrhichius), et ultimus: *Epitritus quartus*. Deinde adeſt: *Artis poeticae liber*. Poſt quem haec occurrunt Graeca, quae ignorantiam linguae Graecae ſcribae abunde produnt: Τελος φήνης (id eſt finis). Το θεο χαρις. Tandem adſunt II *libri epiſtolarum*; et in exitu prioris denuo legitur φηνης ſed ſine accentu; poſteriori autem literis Latinis additur: *Finis*. Haec Horatii ſcripta ſequuntur Claudiani *libri III de raptu Proſerpinae*. *Explicit*. Finis 1469. Deinceps legitur carmen, quod Virgilio ſubiungi ſolet, de *litera* y, hic uero Virgilio non adſcribitur; porro *P. Virgilii Maronis*

more-

mor' um; et tandem pars *batrachomyomachiae Homeri*, CLIIII Latinis hexametris expreſſa, quorum initium cum inſcriptione ſua hoc eſt:

Homeri poetae clariſſimi Bathrachomiomachia incipit foeliciter.

r Anarum murumque ſimul crudelia bella
Quaeque ſuper genibus deſcripſi carmina nuper
Nunc cauere: atque omnes hominum uulgare parentes
Eſt animus: ſpirate deae: ſacrumque mouete
Ex elicone chorum: uotique inducite carmen.

Vtrum uero haec interpretatio pars ſit metaphraſeos Latino carmine adornatae Caroli Aretini, an minus, definire haud poſſumus. Conf. Fabricius *B. Gr. libr. II, cap. II, p.* 265. Ceterum uel plures interſtinctiones in hoc codice, ac praeſertim in *libris* Ciceronis *de officiis* obuiae, facile produnt, hunc codicem eſſe recentiorem. Nos uero in praeſenti de Horatio eius occupabimur.

Praeter contextum Horatii odis in margine notae quaedam adſcriptae ſunt, quae fere rationem metrorum earum indicant. In margine *odae primae libri primi* haec non ſine uitiis ſcribae leguntur: *Haec oda inſcribitur diaſtolice*, Id eſt, *ſeparatiue* etc. Idem: *Haec prima oda eſt monocolos i. unimembris, uel unius metri ſine alterius admixtione. Metrum autem aſclepiadum eſt. ab aſclepio inuentore dictum: conſtans pedibus: ſpondeo, duobus coriambis: pyrricho, ſiue iambo ult. indifferenter. etc. Et de hoc genere carminis duae aliae tantummodo odae ſunt: una haec,* (Libro. III.) Exegi monumentum aere perennius. *Al.* (Libro IIII.) Donarem pateras grataque commodus etc. *Secundae* uero *odae libri* I haec premiſſa ſunt: *Ad Auguſtum de morte Gaii. proſeutice, Id eſt:*

rumque. Curavit *I. Chr. Wernsdorf.* Altenburgi, 1780. 8. 2 Vol.

* *

Volumen MS, de A. 1474, continens *Aenae Sylvii* Epiſtolam et Dialogum de duobus amantibus, Epitaphia Hectoris, Achillis, et aliorum, Grammaticam a quodam Oratore conſcriptam, facilem artem orandi et epiſtolandi, librum de Orthographia ad Theodoricum Meyer, Friſingenſem et Eichſtadienſem Praepoſitum, *Martini Prenigarii* epiſtolandi modum breuem, *Cypriani* libellum de oratione dominicà, et *Leonardi Aretini* lib. de moribus ad Galeottum. Plerique hi libelli ſunt inediti.

* *

Iacobi Ziegleri Cod. MS. continens 1) Vitam Clementis VII Papae; 2) anni auriferi impoſturam; 3) conditiones, quibus Franciſcus I, Rex Gallorum, bello captus, liber dimiſſus fuit ab Imperatore, earumque cenſuram; 4) conditiones, quibus Clemens VII Papa ſe confirmauit in bellum contra Imperatorem, earumque cenſuram; 5) conditiones, quibus Clemens VII Papa obſidione preſſus, liber dimiſſus fuit ab Imperatore, earumque cenſuram; 6) *Andreae Lanceolini* I. C. epiſtolam de direptione urbis Romae. 7) perpetui inſtituti Epiſcoporum urbis Romae hiſtoriam 8) Pragmaticam Sanctionem Baſileenſis Concilii, eiusque cenſuram, 9) Marſyae Satyri chorum. 10) Germaniae infirmitatem per centurias ſeptem, 11) Diſcurſum de Republ. et 12) Eiusd. auctoris Orationes quasdam ciuiles.

Iacobus Zieglerus, Landauus Bauarus, Theologus, Mathematicusque celeberrimus, qui Viennae et Vpſaliae magno applauſu docuit, ac A. 1540 hunc codicem conſcripſit,

ſcripſit, et communi ſtatui Germaniae conſecrauit eo conſilio, ut improbitatem et impoſturas Pontificum manifeſtaret Opus eſt plane ineditum et auctoris ipſius manu nitida et perſpicua perſcriptum, ac aliquot figuris ſatyricis [illegible] artificioſe delineatis, exornatum. Manu au uero perſcriptum eſſe hunc codicem cognoſcimus ex [illegible] ſtola praefixa autographa Hadriani VI, Pontif. a. [illegible] ſcripta.

* *

Manuſcripta magni Anatomici *Salomonis Alberti* (✝ 1600):

Antidotarium medicamentorum, quae internis et externis corporum adfectibus accommodantur.

Synopſis medicamentorum compoſitorum, tam eorum quae intro aſſumuntur, quam quae foris exhibentur.

Iſagoge rationem complectens medicamenta multa uariaque componendi et in certum ordinem formamque [illegible] ferendi.

* *

Manuſcripta celebris botanici, *Ludouici Iungermanni* (✝ 1653):

Viridarium Lipſienſe ſpontaneum, ſeu enumeratio alphabetica 800 fere plantarum, quae circa Lipſiam et [illegible] locis ſpontaneae ſunt. 4. Pars huius operis, quae media, ipſius Iungermanni manuſcriptum eſt, reliquum alienis. Deſunt pauca folia, in medio et fine. Caeterum paſſim adſcriptae ſunt obſeruationes ſingulares, tam de differentiis et characteribus ſtirpium naturalibus, quam de uirtutibus; ubique etiam locis natalibus accurate indicatis.

Horti medici Gieſſenſis ichnographia duabus comprehenſa tabulis, fol. Singulis areolis ſeu puluillis inſcripta ſunt nomina Plantarum, quas tunc produxerant.

Catalogus herbarum circa Gieſſam ſponte naſcentium iuxta ſeriem et appellationem Tabernaemontani collectus anno 1623. 4. Praeterea Vniuerſitati Altdorf. reliquit cum tota ſua ſupellectile libraria Poculum argenteum, cum Herbario uiuo, unico quidem, ſed ampliſſimo uolumine, maioris formae, ultra duo millia plantarum, ſtudioſe diſpoſitarum, ſpecies ordinate complectente, quamuis complures aut ſitu corruptae, aut a uermibus deſtructae iam ſint.

Fragmenta Collegiorum, medici argumenti; Oratio in promot. Doctor. Catalogi plantarum, illius manu deſcripti, uarii, uidelicet Horti Robiniani, Pariſiis; Horti Fureriani, Northuſae, cum ſyllabo earum plantarum, quae in Hercynia Sylua ſponte proueniunt; Horti Walliſeriani, Argentinenſis; Tradeſcantiani, Londinenſis, etc. Vid. Ioh. Iac. Baieri *Biographiae Profeſſorum Medicinae Altdorf.* pag. 90 et 92.

* *

Manuſcripta cel. Mathematici Altdorfini, *Iohannis Praetorii.* (✝ 1616) a M. Ioh. Dan. Schwentero iun. A. 1641 Bibliothecae Vniuerſ. donata. Sunt Volumina XXXIV. Continentur in iis praecipue:

1. *Algebra Praetoriana.* 1608. Methodo Clauiana.
2. *Praecepta logiſtica numerorum irrationalium uel ſurdorum.*
3. *Fragmentum de regula coſſica.*
4. *Breuis introductio in tabulas editas a Ioh. Ge. Heerwart ab Hohenburg, ICto et Cancellario Bauarico.*

5. *Mo-*

5. *Modi logiſtici fractionum.*
6. Tractatus de rationibus et analogiis.
7. Tractat vom Feldmeſſen und Landſchaften in Grund legen. 1610. Aucta et edita eſt a Daniele Schwentero, T. III. Geometriae practicae 1626.
8. *De diſtantiis locorum calculandis ex data eorum longitudine et latitudine.*
9. *Dimenſio practica duorum aut plurium locorum, uiſui obiectorum et item ſuperficierum, item radii ſ. regulae geometricae, quam uulgo baculum Iacobi uocant, accuratior et exactior fabrica eiusdemque uſus uberior, item de inſtrumento, quo exploratur, an aqua certo loco ſcaturiens deduci poſſit in alium locum deſtinatum, uulgo* Waſſerwage, *item de uaſorum dimenſione.*
10. Vom Feldmeſſen und Fortificiren mit dem runden Inſtrumente. (*inſtrumento circulari goniometrico.*)
11. *Aſtronomiae et geographiae rudimenta, ex dialogis cosmographicis Franc. Maurolyci.*
12. *Hypotheſes aſtronomicae, explicatae* 1597.
13. *Hypotheſes aſtronomicae, traditae* 1602.
14. *Obſeruationes Ptolemaicae et Copernici, collectae ex Copernici libro reuolutionum.*
15. *Primi mobilis et Planetarum theoriae Ptolemaicae, collatae cum hypotheſibus Copernici, ita tamen, ut ſuppoſita Ptolemaei retineantur.* 1588.
16. *De hypotheſibus, ſ. theoriis planetarum.* 1584.
17. *Theoria fixarum et planetarum duplex.* 1613. 1614.
18. *Fundamenta operationum, quae fiunt per tabulas Prutenicas Eraſmi Reinholdi,* 1613.
19. *Ratio condendi tabulas aequationum ſolis et ceterorum planetarum.*

20. *De horarum deſcriptione ex umbra gnomonis.* 1599. 1600.

21. *In computum eccleſiaſticum Ioh. de Sacroboſco.* 1608. 1609.

22. *Algebra Petri Nonii, ex hiſpanico utcumque latine facta.*

23. *Theodoſii et Menelai Sphaerica, expoſita* 1582 *et* 1583.

24. *Volumen continens uariorum Auctorum de Quadratura Circuli Inuenta, nempe Chriſtophori Huzleri, Iac. Falconis, Nobilis Hiſpani, Thomae Gephirandri, Ioſephi Scaligeri* etc. *quae examinantur et reprobantur.*

25. *Cubi duplicatio practica.*

Reliqua uolumina Praetorius in ſuos uſus ex aliorum manuſcriptis propria manu deſcripſit, qua de cauſa ea ſilentio praetereo. Conf. M. Sigismundi Iacobi Apini *Vitae Profeſſorum Philoſophiae Acad. Altdorf.* pag. 18. ſeq. *Ioh. Gabr. Doppelmayr hiſtor. Nachricht von den Nürnbergiſchen Mathematicis und Künſtlern* etc. pag. 86. ſeq.

* *

Abdiae Trew, cel. Mathematici († 1669) Obſeruationes MSS. aſtronomicae ab A. 1636 usque ad A. 1650.

* *

Georgii Chriſtophori Eimmarti, cel. Aſtronomi Norimb. († 1705.) Opus aſtronomicum, cum pulcherrimis delineationibus.

* *

Collectio Tractatuum Socinianorum, qui nunc typis exſcripti leguntur in Operibus Fratrum Polonorum.

In-

Index Epiſtolarum autographarum, quae in Bibliotheca Academiae Altdorfinae adſeruantur.

1. Non neminis ad N. N. 1634.
2. Mentzerus ad D. Ioh. Gerhardum. 1620.
3. B. Meiſneri ad eumdem. 1622.
4. Henr. Hoepfneri ad eumdem. 1623.
5. Petri Winſtrupii ad eumdem. 1634.
6. Rectoris Acad. Altdorfinae ad Dnn. Eccleſiaſtem, Diſpoſitorem et Diaconos Collegii Sebaldini Norimb. inuitatio ad audiendam orationem Ge. Koenigii inauguralem nouae bibliothecae, 1644.
7. Ioh. Ge. Hochſtaeteri, Rect. Kitting. ad M. Virdung. 1626.

8—12. Eiusd. ad eumdem. 1610. 1620. 1623.

13—21. Ioh. Bruno fratri ſuo. 1603. 1608. 1609. 1613. 1615. 1616. 1628. 1629.

22. Eiusdem ad Sprembergerum, Paſt. Altdorf. 1606.

23. Ioh. Heringii ad M. Virdungum. 1620.

24. 25. I. F. Gronquii ad eumdem. 1631. 1633.

26. Matthiae Berneggeri ad M. Virdung. 1630.

27. O δεῖνα M. Virdungo. 1621.

28. 29. Caſp. Facius Virdungo. 1624. 1634.

30. 31. Ge. Richteri ad Virdungum. 1637.

32—36. Georgii Remi ad eumdem. 1620—1624.

37. 38. Cph. Adami Rupprecht ad eumd.

39. 40. 41. Blanſdorfii eidem. 1636.

42. 43. Virdungi ad Richterum.

44. Eiusdem ad Caſp. Facium. 1624.

Albertus Magnus de ſecretis mulierum. Germanice. Saec. XV. Liber iſte barbarus a non nullis adſcribitur *Herculi de Saxonia*, Alberti diſcipulo, ſub cuius nomine in editione Aug. Vindel. 1498 editus eſt. Sed is gloſſarum auctor tantum eſt, etiam in hocce libro manu exaratarum. In fine poſitiones ſedecim infantium in utero delineatae coloribusque diſtinctae reperiuntur.

VIII.

Liber perſicus. Continet res medicas et alia, partim ſuperſtitioſa. Eſt e bibliotheca Chani cuiusdam Ierkeni paruae Buchariae, cuius ſigillum hinc inde conſpicitur. Calmucci librum furabantur portabantque Tobolium, ubi Achum Awasbakeew, uir linguae arabicae et perſicae

ſicae peritiſſimus, illum emit, et non nulla adnotauit. Tatari hunc librum appellabant Librum medicinae Iuſufi ſ. Ioſephi. Dom. Müllerus, Conſiliarius Status Imp. Ruſſ. A. 1741 Tobolii illum pro Dom. Iohanne Georgio Gmelin *) emit. Iſte a clero muhammedano Tarae explicationem nactus fuit. E bibliotheca Gmeliniana emtionis iure obtinuit b. Dom. Trewius.

Liber continet 178 folia diuerſi argumenti.

1. Fol. 1 — 42 Tractatus perſici *Abul Ibn Abdulletifi.* Scriptus eſt nitidiſſime inter aureas caeruleasque lineas.

2. Liber perſicus, medici argumenti, foliorum 77. Auctore *Iuſif Ibn Muhammed Ibn Iuſif*, medico. In calce iterum ſigillum Chani ſupra dicti impreſſum eſt. Scriptus eſt intermixtis litteris rubris.

3. Fol. 77 — 89. Duodecim folia eiusdem Ioſephi, quorum argumentum dictauit Imano ſ. Mollae Shaban.

4. Fol. 89 et 90 auctor ſuos adhortatur, ut legant tract. ſ. libros duos praecedentes; ſub confirmatione gratiae diuinae.

5. Fol. 91, 92 et 93 ſunt *Falis* ſ. rotae fortunae, perſice. Tales rotas metallo inciſas Arabes ſuperſtitioſi appellant *Thelſemat*, (a graeca uoce τηλέσμα) inde uocabulum *Taliſman*. Inter codices manu ſcriptos Biblioth. reg. Pariſ. num. 1014 eſt liber, **) qui docet conſtructionem talium ineptiarum. *Fal* ſignificat apud Turcas *uaticinium, augurium.*

6. Fol. 94 — 100. Votum perſicum atque arabicum, ut Deus corda potentium flectat ad beneuolentiam; iſtud uotum ſi uicibus 1080 legitur, optata inde euentura ſpondet auctor ineptiſſimus.

8. Fol.

*) Vid. eius *Reiſe durch Sibirien*, T. 4, p. 112 ſeq.

**) *D'Herbelot* Biblioth. orient. p. 120 et 748 edit. primae.

7. Fol. 101 continet medicamentorum perſicorum nomina.

8. Fol. 102 — 107. *Schech ül iſlam!*, praeceptor fidei. Eſt liber turcicus, (inepta) remedia ſuadens philoſophorum *Bukerat* et *Dſchalinüs*. *) Falſo celebri medico *Muhammedi Ibn Zakariah ar Razi* adſcribitur medicina myſtica, ſ. taliſmanica. Similia remedia refert Gmelini ſupra dicti nepos, b. Dom. Samuel Theophilus Gmelin, in parte tertia Itinerarii ſui, (Petropoli, 1774. 4 mai.) pag. 320. Ibidem pag. 336 commemorat iſtum librum ab auunculo ſuo comparatum.

9. Fol. 108. Formula precationis ſacrorum nuptialium; cum uerſione arabica.

10. Fol. 109 — 115. Folia adglutinata e libro perſico.

11. Fol. 116. Medica Perſice, cum turcicis remediis, nimirum contra trichoma adhibeatur ſanguis ranae, contra ſurditatem ſuccus ſtercoris equini.

12. Fol. 117, 118. *Fal* ſiue uaticinium perſicum, utrum pluuia aut nix, aut caelum ſerenum oboriatur.

13. Fol. 119. Dictum Muhammedis prophetae, et precatio perſica.

14. Fol. 120—127. Turcice. Laudes *Rhazei*; regulae medici aegrotum uiſitantis; enumeratio ſeptem morborum capitis; ut et pectoris atque abdominis. Omnia e Rhazei **) *Continente* (Elchawi) tranſlata et compilata a quodam medico turcico.

15. Fol. 127 et 128 Nomenclatura remediorum.

16.

*) *Hippocratis* et *Galeni*.

**) Latine prodiit Brixiae, 1486, 1586, 1509. fol. Vid. Ill. *Halleri* Biblioth. med. pract. T. I, pag. 368 ſeq.

16. Fol. 129. Qui dies fauſtus infelixue? Perſice, ut omnia, quae ſequuntur.
17. Fol. 129, 130. Quae horae fauſtae ſint?
18. Fol. 131. *Näſem,* ſ. cantilenae perſicae?
19. Fol. 131 b. Qui dies fauſtus ſit ueſtibus ſecandis et prima uice induendis?
20. Fol. 132, 133. Sortes aegrotantium et uaticinia.
21. Fol. 133 b, et 134. Iterum Cantilenae perſicae.
22. Fol. 135. Duo remedia contra ſcabiem.

IX.

Sereniſſimo ac Illuſtriſſimo Principi et dño dño Matthie Hungarie, Bohemie, dalmacie, Croacie, Bulgarie, Lodomerie, Rame, Raſcie, Seruie Comanieque Regi dño meo gratioſiſſimo preſens opuſculum regiminis in honore et pre conſeruanda ſanitate Regie Maieſtatis Ego magiſter Iohannes de Boſco dioceſ. Treuerenſis Medicine licentiatus ac medicus Ceſaree Maieſtatis conſeci in hunc qui ſequitur modum.

Sicut ſcribitur ab auicenna 3a Fen. primi canonis capitulo de cauſis ſanitatis et egritudinis et neceſſitatis mortis, corpora humana etc.

Cap. I. *De motu* Capitulum primum.
Cap. II. *De regimine Cibi et potus.*
C. III. *de cibi qualitate.*
C. IV. *De cibi ſumendi ordine.*
C. V. *De potu.*
C. VI. *De ſompno et uigilia.*
C. VII. *De Inanitione et repletione.*
C. VIII. *De Balneo.*
C. IX. *De coitu.*
C. X. *De phlebotomia.*

C. XI.

C. XI. *De uomitu.*

C. XII. *De cliſtere.*

C. XIII. *De ſolutione.*

C. XIV. *De Aere.*

C. XV. *De accidentibus anime et corporis.*

Explicit Compendium de Regimine ſanitatis.

Folium primum cum ultimo membranacea ſunt, e Diplomatario Eugenii IV Papae, 1438.

Hic *Iohannes de Boſco* mihi haud notus eſt. Nec in Keſtneri Lexico med. nec in Halleri Biblioth. med pract. T. I. commemoratur., Pag. 462 mentio fit Iohannis Arculani Veronenſis, Doctoris medici A. 1457 Patauii. Noſter Iohannes de Boſco inter a. 1458 et 1489 hocce opus Regi Hungar. Matthiae Coruino dedicauit.

Iohannes Iacobus Manlius de Boſco ab Aleſſandria della Paglia ſcripſit *Luminare maius omnibus medicis neceſſarium.* Venet. 1496, 1520. fol. Lugduni, 1525. fol.

Mackenzium quoque, ſummum de Diaeta auctorem hocce opus Iohannis de Boſco latuit.

X.

Liber MS. Saec. XV. 339 paginarum. Eſt *Practica Iuliani de curis aegritudinum Corporis humani.*

Ioh. Iac. Baierus ita adnotauit: *Liber hic MStus ad hunc uſque diem numquam typis impreſſus, autorem habuit* Iulianum *Bononienſem Medicum, ſicuti e pagina 7 apparet.*

Conradus Geſnerus *in Bibliotheca, p. m.* 1469 *de eodem opere hunc in modum ſcribit:* Iulianitae, alias *Iuliani*, cuiusdam Bononienſis de re medica Libri III barbare quidem, ſed methodice conſcripti: eos manuſcriptos tantum uidi Tiguri apud D. *Chriſtoph. Clauſerum,*

Legitur pag. 8. cap. 3 ita: *Nolo autem hanc doctrinam Iulianicam appellari uel nominari ex duobus. Primo a Iuliano — quaſi ſcientia a Iuliano tradita, uel dicitur Iulianica a iuuando alios, qui ipſam conſtitui ad iuuandum et guidandum* *) guidonem *filium meum principaliter et omnes alios ad quorum manus peruenerit ex conſequenti uel nominatur a fine theſauris theſaurorum.*

Lib. I. De iudicationibus conſeruatis et curatis, ſumptis a natura rei conſeruandae uel curandae.

Lib. II. Ce uirtutibus ciborum et medicinarum ſimplicium.

Lib. III. De medicinis compoſitis et uirtutibus earum.

Lib. IV. De modo prognoſticationis circa terminos aegritudinum.

In fine leguntur formulae germanicae remediorum, non nullae litteris hebraicis. Forſan poſſeſſor fuit Iudaeus.

XI.

Faſciculus Saec. XIV.

a) *Ad mitigandum calculum et expellendum.* Germanice.

b) *Ad lippitudinem oculorum* etc.

c) Variae regulae diaeteticae, et Recepta f. formulae, quae repetuntur ſub litt. n).

Pone gulae metas, et erit tibi longior aetas.
Diuerſus potus inimicus ſit tibi totus.
Quatuor ex ſompno proueniunt meridiano.
Febris, pigricies, capitis dolor, ſiue catarrus.

d) *Syllabus materiae medicae et hiſt. nat. latino-germanicus.*

e) Regulae uictus et diaetae per omnes menſes.

Ianuar. *In Iano claris calidiſque cibis potiaris,*
Atque recens potus poſt fercula ſit tibi notus etc.

Febr.

*) i. e. manu ducendum.

Febr. *Intrant occultae Februo febres tibi multae,*
Potibus ac eſcis ſi caute uiuere neſcis etc.

f) Schola Salernitana; cum gloſſis.

Explicit flos medicine compilatus a mgro Iohanne de Mediolano mgro in medicina in ſtudio ſalerni. Deo gras. am. Scriptum 1418.

g) *Alb. Magnus* de Natura Mulierum. Explicit 12 Kaiendas Iunii Anno Chriſti 1420.

h) *Alb. Magnus* de proprietatibus uini.

i) *Somnia Danielis prophetae.*
Arborem aſcendere uidetur honorem ſignificare.
Arborem cum fructu uidetur lucrum ſig. Etc.

k) Incipiunt Problemata Magiſtri *Alberti.*

Haec excipiunt uaria remedia partim oeconomica, partim magica et ſuperſtitioſa.

l) Interpretatio aſtrologica duodecim ſignorum Caeli.

m) Carmen *Iohannis Aegidii* de urinis. Cum gloſſis. Poema ſatis illepidum, cuius finis eſt, ſigna et pro- prognoſtica docere, quae ab urina repetuntur. Prodiit Venetiis, 1494. 4. f. 8 mai. Argent. 1506. 4. *)

n) *Meiſter Albick des Künigs artzt vnd ertzbiſchoff zu Prage.* Sunt eaedem formulae ac ſub litt. c) contra Diarrhoeam, dolorem capitis, etc. Albicus vixit ſub initium Saeculi XV, homo auariſſimus. Eius tractatus, *praxis medica, regimen ſanitatis,* et *regimen peſtilentiae,* editi fuere Lipſiae, 1487. 4.

o) Tractatus de febribus. Auctor ignotus eſt. Sequuntur aſtrologica ſomnia.

XII.

Volumen Saeculo praecedente ſcriptum, in fol. min. Inſunt ineptiae aſtrologicae: *Rota uenerabilis Bedae. Be-*

 dae

*) Vid. *Halleri* Bibl. med. pract. T. I, pag. 429.

dae preſbyteri de diuinatione morbi et uitae ad Necepſum Aegypti Regem, Epiſtola etc.

Tractatus gallicus metopoſcopicus:

Table des Lettres magiſtrales pour la Science des nombres où chaque Ligne portera les differens caractères de ſa Lettre.

Aſtrologia ſumma Iudiciorum. Gallice.

Tranſitus planetarum. Lunae per planetas etc.

De iudicio morbi alicuius.

XIII.

Volumen Saec. XV ſcriptum.

1. *Oratio ad Athenienſes.* Sunt nonnullae Demoſthenis orationes latine redditae: *Olinthiaca II* etc.

2. *Terra, Sol, et aurum contendunt de dignitate.* Auctore Maphaeo Vegio. Diſquiritur eodem modo ac in Ioh. Ludou. Viualdi tractatu, de pugna partis ſenſitiuae.

3. Petrus Candidus *ad Roglerium Comitis iureconſultum, de uitae ignorantia.* Dialogus eſt inter *Saninum Riſium* et *Petrum Candidum,*

4. Maphaei Vegii Laudenſis *Dialogus Veritatis et Philaletis, ad Euſtachium fratrem, Florentiae.* In Ioh. Bapt. Moloſſi *Memorie* d'alcuni uomini illuſtriſſimi della Città di Lodi; P. I, (in Lodi, 1776. 4 mai.) pag. 155 indicatur translatio Dom. *du Val*, uerſibus gallicis: *Le triomphe de la Verité, où ſont montrez infinis maux commis ſous la tyrannie de l'Antichriſt fils de perdition, tiré d'un Auteur, nommé* Mapheus Vegius, *et mis en vers par* Pierre Du Val, *humble membre de l'Egliſe de Jeſus Chriſt.*

XIV.

Volumen uariorum, quae iam typis exſcripta ſunt.

XV — LXXXII.

Ingens *Collectio epiſtolarum* autographarum, quarum numerus excedit 15000, in thecis XXXIV in fol. et totidem in quarta forma, quae continent celebrium uirorum, in primis medicorum, epiſtolas ab a. 1524 uſque ad a. 1769.

Theca A (e bibliotheca Ioh. Iac. Baieri) continet epiſtolas autographas *Huldrici Zwinglii*, *Caluini*, *Melanchthonis*, *Hier. Wolfii*, *Franciſci Iunii*, *Danielis Toſſani*. *Abr. Muſculi*, *Zach. Urſini*, *Ioh. Fichardi*, *Simonis* et *Ioh. Iac. Grynaei*, *Chriſtophori Fabii Iulii*,*) *Franc. Hotomanni*, *Petri Datheni*, *Conradi Geſneri*, *Theodori Bezae*. Repetitas exhibeo XXI epiſtolas, exterorum gratia, iam A. 1769 in germanico libello **) a me editas:

I.

IOH. OECOLAMPADIO *fratri noſtro in domino cariſſimo*.

Gratia et pax a domino. Rumor eſt principem Wurtembergenſem te ſibi in vſum euangelii iunxiſſe. Ego ab eo homine aliquando vehementer abhorrui: verum ſi ex Saulo Paulus factus eſt, non aliter amplecti poſſem hominem, quam fratres Paulum, quum reſipuiſſet. Quid quid in hac re ſenſeris indica, nam nos, ſi fides adſit, cum illo, quae maximo ſint emolumento rei chriſtianae futura,

*) Vid. *Ioh. Iac. Grynaei* epiſtolae familiares LXVI ad eius filium *Chriſtophorum Andream Iulium*, I. V. D. et Conſiliar. Norimb. quas una cum uita Grynaei ex tabulis MSS. in lucem edidit et uariis ſcholiis illuſtrauit M. *Sigiſm. Iac. Apinus*. Norimb. et Altdorfii, 1720. 8

**) *Anmerkungen über Herrn Leſſings Laokoon, nebſt einigen Nachrichten, die deutſche Litteratur betreffend. Erlangen*, 1769. 8, pag. 61 ſeq.

ra, tractare poterimus. Cupio autem in ſumma ſcire, poſteaquam de fide docuiſti, vbi nunc ſit, & qua ratione tuto queam ad illum literas dare, puta ſi ſit in Monte Peligardi, nam ſi in arce Twiel eſt, meopte Marte, ſi voles, ad illum mittam literas citra tuam operam. Prouocationem Balthaſaris nuper miſſam, aut excuſam oſtende, aut exemplar remitte, vtrumque hoc noſtro bibliopola tabellione. Plura non permittunt occupationes, reliqua omnia memorabit bibliopola. *) Saluta Annemundum, Farellum, Bonifacium, cum datur. Vale, ex Tiguro, 9. Octobris M. D. XXIIII.

H. Zuinglius tuus.

II.

D. THOMAE GRYNAEO *bonarum literarum profeſſori eruditiſſimo.*

Salutem, integerrime et amiciſſime Thoma. Frater meus, **) quem Geneuae reliqueramus, mihi per literas indicauit, ſe arcam vnam iſtuc miſiſſe ac iuſiſſe apud te deponi, vt fide diligentiaque tua prima quaque occaſione huc transmitteretur. Verum in ea incluſa ſunt quaedam, quorum mihi quotidianus eſt vſus, haec quam celerrime fieri poſſit, deportata optamus. Si quem ergo fidum nuncium nactus fueris, mihi quaeſo ſignifica an receperis, & quam rationem habeas transmittendi. Quodſi auriga contingeret, multo magis aduehi protinus cupiam, quam de ratione vecturae vltro citroq. iterum me deliberari. Ego de fide tua ſecurus diligentiam ſtudiumque tuum imploro, ne id quidem ipſum facturus, niſi illam vltra modum appetere cogeret carendi difficultas. Vix tibi in hac mea con-

*) Chirographum Zwinglianum exhibetur in Tab. 2, num. I.

**) Antonius, frater Caluini, bibliopegus.

lioth: publicar. Norimb. P. III. Tab. 2.

Trewriana Altd. N8r.

ad pag. 166.

... mittere occupationes ...

... Amore ...

... no . 9 . octobris

ad pa... [illegible]

... litteris ...

III. ad Part II. pag. 164.

Cod. Bibbioth. Ebner. in 8vo. Num. 31.

fra [illegible]

Nostradamus salon

petri provincie

xx aprilis MDLXI

conditione induſtriam meam viciſſim offerre audeo, quam tamen requiſitam dari omnino tibi ne dubites. Vale optime ex animo meo dilectiſſime frater. Baſileae, 20. Iulii. (1538).

Caluinus tuus.

III.

Doctiſſimo atque optimo viro D. SIMONI GRYNAEO, *amico ſummo. Tubingae.*

S. D. Gratulor patriae noſtrae, doctiſſ. cariſſimeque Simo, te ad emendationem publicorum ſtudiorum iſtuc accerſitum eſſe, & oro Chriſtum vt conſilia tua gubernet et iuuet. Noſtra aula noluit mihi commeatum dare iſtuc, itaque hic haereo tantum quadam alligatus officii ſpecie, etſi multas graues et iuſtas cauſas habeo, cur optem ex his vinculis euolare, et vt ſpero, aliquando Deus hinc me educet. Magno labore Milichius & ego communia ſtudia tuemur, Chriſtus faueat noſtris & votis & conatibus. Theoricae hic editae ſunt, quibus eſt a me praepoſita epiſtola, in veſtibulo mei amoris ac iudicii de te, & amemus inter non propter remp. Mea conſilia a tuis. De adhuc eſt integra, nec mea conſilia eo ſpectant, vt offenderetur caligo purae doctrinae, ſed vt communiter docti et pii inter ſe colloquerentur & in medium conſulerent. Nam res loquitur ipſa, quantum in eo mali ſit, quod in ſingulis angulis audent contempto eccleſiae h. e. fratres doctorum iudicio, homines eidem et petulantes non νωτεμεῖν. Cetera alias. Bene vale & reſcribe. Menſe Febr. 1535.

PHILIPPVS.

IIII.

Reuerendo viro eruditione et virtute praeſtanti D. AMBROSIO MOIBANO *Doctori Theologiae, gubernanti Eccleſiam Dei in Inclyta Vrbe Vratislauia, fratri ſuo cariſſ.*

S. D. Reuerende vir et amice cariſſime. Seruabit Filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Eccleſiam ſuam, et in ea pias familias, et earum hoſpitia, etiamſi fatalibus cauſis ruunt Imperia. Diu iam a Iohanne Filio nihil accepi literarum, quarum iter bellis impediri exiſtimo. Quare te oro, vt ſi quid habes, de eo mihi ſcribas. Zachariae filii tui conuictor in Academia Ienenſi fuit hic magiſter Adamus Cureus Freiſtadienſis, doctus et honeſtus vir, qui iſtuc proficiſcitur, quia in patria ſeruire Eccleſiae mauult, quam alibi. Et commendatus eſt Viro honeſtiſſimo, Domino Morenberger. Vir modeſtus et recte eruditus eſt, et mores ſunt honeſti, et ſcio ſtudioſum fore communis concordiae. Quare te oro, vt eum complectaris, et tua autoritate adiuues. De bello germanico non libet ſcribere. Veſtrae Vrbi et tibi tranquillitatem gratulor, et Deum oro; vt vos protegat.

Mitto tibi orationem D. Capnionis, cuius lectionem ſpero tibi non inſuauem fore. Bene vale. Die Iacobi Apoſtoli, filii Salomes. *)

PHILIPPVS MELANTHON

V.

Egregia doctrina et pietate praedito M. THOMAE GRYNAEO, *Domino et amico ſuo obſeruando. Baſileae.*

S. P. D. Non putaui, mi domine Grynaee, te iter aliquod ſuſcepturum, et ſi quid ſuſcepiſſes, ante diſceſſum meum

*) Chirographum Philippi delineaui in Tab. 2. num. II.

meum rediturum. Sed quia ſic accidit, vt coram non liceat, per literas te ſalutare volui, et gratias agere beneuolentiae erga me tuae, quam multis argumentis declaraſti. De meo animo erga te ſic tibi perſuadeas velim, me, quum te virum et doctum et bonum iudicem, tibi eſſe amiciſſimum, et ſi quid tibi ac tuis officiis praeſtare poſſim, ſumma voluntate facturum. Vale Idib. Aprilis anno 1550.

Tuus

HIER. WOLFIVS.

Chriſtophorum et Pancratium tuae fidei commendo, ac Deum precor, vt tuis mandatis obtemperent. Spero huius patronum Georgium Hermannum, et illius curatorem Conr. Meierum, ad quos hac de cauſa ſcripſi, tibi ſatis facturos.

VI.

Apographum Epiſtolae HIERON. WOLFII 1564. *Sept.* 24. *data.* (*Forte ad Iulium.*)

Etc. etc. D. Villingerus, Suidae patronus liberalis, viſus mihi eſt ambire dedicationem Iſocratis; quem typographiae nunc adorno. Cum autem ſuperioribus annis ex te intellexerim graecolatinam dedicationem, quae eſt edita 1553. quo eodem etiam Pariſienſis prodiit, cum faſtidio repudiatam fuiſſe, (ne gratiae certe quidem ab vllo mihi actae ſunt) animi pendeo, ſitne vetus praefatio relinquenda, an nulla prorſus addenda, an lucelli aliquid ex dedicatione Villingeriana captandum? Totum opus pene nouum erit, et accedent commentarioli, et in praefatione honorifica etiam veterum patronorum, qui opportuno ſane tempore 100. Ioachimicis, annis abhinc

ſedecim me donarunt, fieri mentio poterit. Etſi opibus non abundo; quiduis tamen mallem, quam vel exiſtimatione meae parum conſuluiſſe videri, vel veteres patronos offendere. Sed ſi hi chartacea munera ad ſe delata aſpernantur, non ſuccenſere debent aliam excutienti quercum. Tu velim tentabis per occaſionem eorum, qui iſta curant, (ſi qui forte curant) voluntates, in quo prudentiae tuae nihil praeſcribo, (facile enim curabis ne iſta exploratio fraudi nobis ſit) meque conſilio iuues, cui omnino obtemperabo. Iterum vale.

VII.

Apographum Epiſtolae HIERON. WOLFII 1566. *datae* 9. *Februarii.*

Etc. Iſocrates meus hic excuditur forma octaua, charactere grandiuſculo, quo corrigendo et indice conficiendo ſum occupatus. Genus orationis pro virili expoliui, non ſine magnis laboribus et moleſtiis, nulla ſpe vllius remunerationis, ſed exiſtimationis meae rationem habendam eſſe duxi. Praefationem neq. veterem neq. nouam addere conſtitui, etſi enim veteris patroni me negligunt, tamen lucelli ſpe nouum quaerere ſordidum mihi ad famam fuerit. Itaque in primae pagellae dorſo haec tantum verba adſcribere decreui: *Iſocrates latinus, Norimbergenſi reipublicae. ab Hieronymo Wolfio quartum iam dedicatus.* Reliquis duabus dedicationibus, Lutetiana latina et Baſilienſi graecolatina me non captare nouum munus profeſſus ſum, humanitatis tamen fuiſſet tam locupletis et celebris ciuitatis, ſaltem accepiſſe ſe munuſcula mea vt ſignificaret. Quod quia factum non eſt, dubito an ad ſenatum mittenda ſit haec editio, qua de re tuum conſilium expecto. Vale.

VIII.

VIII.

Clariſſimo ἐκ τριγονίας Iuris conſulto, viroq. humaniſſimo D. CHRISTOPHORO FABIO IVLIO, *domino et amico obſeruando Nieremberg.*

S. D. Superiore anno mecum fuit primogenitus tuus Andreas Criſtophorus, cuius et ingenio et moribus fui delectatus. Ei dedi literas ad te mittendas, et alteras Bononiae Zoaneto reddendas. Interim neque abs te, neque ab illo mihi quicquam reſcriptum eſt. At te occupationes tuae facile excuſant, mei vero officii eſſe puto poſtremis hiſce lucubratiunculis meis, vel memoriam tui meam teſtari, vel redimere culpam nugarum aſtrologicarum, quibus te offenſum eſſe haud obſcure prae te tuliſti. Etſi autem has nugas meas fortaſſe nihilo magis probabis: tamen in angulo aliquo bibliothecae tuae deliteſcere vt patiaris, veteremq. Iulianae familiae erga me beneuolentiam conſerues, oro. Cuius me clientem libenter profiteor, etſi nihil hactenus, et valetudine et fortuna prohibitus, officii vel mediocris in patronos conferre potui. Vale. Auguſtae Vindelicor. 21. April. anno 1580.

HIERON. WOLFIVS.

VIIII.

Ornatiſſimo viro virtute et dignitate praeſtanti D. CHRISTOPH. FABIO IVLIO, *IC. domino et amico ſuo obſeruando. Nieremberg.*

Non tam liberalis remuneratio libellorum meorum grata mihi accidit, etſi gratiſſima: quam tua, vir clariſſime, domine et amice colende, vel non alienata vel reconciliata voluntas. Cupio enim inclytae Iulianae familiae

miliae auitam et paternam erga me beneuolentiam non tantum in te vno reſidere, ſed etiam ad poſteros veſtros propagari. Andreae Chriſtophoro noſtra vtinam aliquid gratiarum actione dignum praeſtare potuiſſem. Sed quia, quae fortuna ſcholaſtica ſit, ingenio et humanitate praeſtans adoleſcens, non ignarus, voluntatem meam et ſtudium in optimam partem accepit; eſt ſane quod gaudeam. Literas autem ab illo, et ab Excellentia tua multo minus, nullas expecto niſi neceſſarias: etiam tacita veſtra erga me beneuolentia contentus. Vale cum liberis Tuis iucundiſſimis, quos Deus Opt. Max. vna tecum quam diutiſſime incolumes et florentes conſeruet. Auguſtae Vindelicor. 23. Maii a. 1580.

HIERONYMVS WOLFIVS, *tui et tuorum ſtudioſiſſimus: modo voluntati facultas referendae gratiae reſponderet.*

X.

Clariſſimo ICto, viroq. humaniſſimo D. CHRISTOPHORO FABIO IVLIO *etc. domino et amico ſuo colendo. Nieremberg.*

S. Quia vereor, Vir clariſſime, domine et amice colende, ne ſuperiores meae literae incuria eius, cui commiſſae fuerunt, perierint: idem argumentum repetendum hac oblata ſcribendi occaſione cenſui. Egregium munus tuum 2. Duploducatorum pro nugis meis, vt minime expetitum ita pergratum mihi eſt. Sed illud multo gratius et iucundius, quod veterem erga me beneuolentiam te conſeruaturum polliceris, qua ne ſim indignus, quoad vixero, pro virili elaborabo. Cphoro Andreae noſtro, egregio iuueni vtinam aliquid officii praeſtare potuiſſem, ſed ille ſcholaſticam fortunam meam, pro ſua humanitate,

quod

quod in optimam partem accepit, eſt quod illi gratiam habeam. Cui et toti familiae veſtrae honeſtiſſimae, mihique auita amicitia deuinctae et coniunctae, ſi poſſem gratum animum declarare, fungi me debito et neceſſario officio exiſtimarem. Vale. Raptim 31. Maii a. 80.

Excellentiae tuae *Studioſiſſimus*

HIERON. WOLFIVS.

XI.

Clariſſimo viro ac domino D. D. GRYNAEO *S. Theol. Doctori et Profeſſori plurimum obſeruando. Baſileae.*

Etſi nihil erat certi, clariſſ. vir, quod reſpondere poſſemus literarum, quas ante menſem ad nos ſcripſeras, argumento, non tamen fuiſſemus paſſi deſiderari abs te officium noſtrum, ſi nos tabellarius de reuerſione ſua feciſſet certiores. Quum itaque ille nobis ignorantibus effugerit, pro humanitate tua ſilentium noſtrum condonabis. Ex eo tempore nulla fuit, quod quidem ſciuerimus, hominis certi commoditas. Sed vt ad rem, commune veſtrum in rem literariam ſtudium tam probamus quam qui maxime. Veſtris omnium et Frobenianis laboribus optime cupimus ſperamusque ſecundaturum dominum. Quod ad nos neque operam noſtram in praeſentia plane velimus recuſare, neque poſſumus addicere: adeo hic incerta ſunt omnia. In cauſa eſt quod alterum noſtrum, D. Immanuelem ſcilicet, publica functio remoratur, quamdiu viſum fuerit Domino, vtrumque vero Illuſtriſſimi Principis D. Caſimiri autoritas. Quamobrem in hac re nihil poſſumus ſpondere certo, donec tum de vo-

voluntate vtriusque principis plane confirmati ſimus, etſi ἐξ ὀνύχων λέοντα, tum ſubducendi rationes noſtras tempus aliquod habuerimus. Si ergo maturat Frobenius, et viros bonos, qui ad hoc inſtitutum videbuntur accommodi, inuenire poteſt, vtatur ſane per nos licet, nolumus moram vllam afferri noſtra cauſa, aut interturbari opus bonum exſpectatione noſtri. Si autem nondum res ita cadent, quin ſit amplius deliberandi locus, nos reuerſo principe et explorata voluntate eius aliquid ſcribemus certius. Quodſi nos in agro ſuo, qui vicinus eſt, D. Caſimirus detinebit, videbit Frobenius, utrum velit ad nos exempla mittere nec ne, in quibus recognoſcendis et cenſendis operam collocabimus pia fide et ſedula diligentia. Nam exemplaris ἀρχετύπε cenſuram putamus a nobis peti, non autem quotidianum Correctoris munus. Si quid amplius vos putatis faciendum, aut communicatis conſiliis rationem aliquam excogitabitis, vt ſatisfaciamus non dicam iudicio ſed expectationis parti, quam praecepiſtis de nobis, omni ſtudio opera labore atque induſtria a nobis procurabitur. Caeterum permagnas tibi agimus et habemus gratias, quod iudicium hoc faciens de nobis literis tuis pietatem tuam inſignem in Deum, ſtudium in eccleſiam et humanitatem in nos ſingularem officioſiſſime oſtenderis. Quod quidem officium tuum abſentes recordamur, vtinam ſiue abſentes ſiue praeſentes cum foenore aut pari certe gratia poſſimus reddere. Plura ſcriberem, niſi me manus detineret infirmitas. Deus tibi adſit et pia ſanctaque veſtra ſtudia ſecundet ad gloriam aeterni ſui nominis. Heydelbergae. 26. Iunii 1577.

Tuus

F. IVNIVS.

XII.

XII.

Clariſſimo et doctiſſimo theologo D. IOHANNI IACOBO GRYNAEO, *domino et fratri honorando. Baſil. bey S. Peter.*

Monet nos tandem aduentans hyems, vir clariſſime, tuo illo vti conſilio, quo ſuperioribus menſibus ſubmonebas tum ad magiſtratum veſtrum, tum ad vniuerſos theologos literas eſſe dandas, ſi quid ſuppetiarum et ſubſidii pro fratribus noſtris impetrare vellemus. Valde inclementer in plerisque Germaniae partibus excipiuntur fratres noſtri. In Belgio, vbi aliqua ſpes erat, omnia ſunt armis plena et quae pios doctores et paſtores habere oportebat, intercipit barbarus miles. Mittimus igitur ad vos ornatiſſimum virum Fridericum Raſorium, ſcholar. noſtſtrar. alumnum, et nunc verbi Dei in pago iſti oppido proximo, miniſtrum cum literis ampliſſimorum Conſiliariorum et proprincipis noſtri, etiam ad clariſſimum veſtrum ſenatum, et ad theologos, vt veſtris piis ſuaſionibus extimulati ciues veſtri aliquid conferant in vſus tot bonorum virorum. His diebus confugerunt ad nos ex comitatu Naſſouienſi aliquot boni et docti viri, quos fames potius quam perſecutio abegit. Inter eos eſt vir doctus et pius M. Ioh. Piſcator, Argentinenſis, qui propter D. Marpachii dominationem patria iam aliquot annis caruit. Etſi igitur tantum nos tibi debere profitemur, vt vix vlli plus debeamus: tua tamen ſingulari humanitate freti, qui et noſtrarum eccleſiarum miſeriis vnus vere afficeris, et Baſileae non parum praeſertim apud bonos, potes, rurſus te rogamus, vt ad alia tua erga noſtros officia iſtud etiam accedat, vt literas noſtras tum ſenatui tum theologis exhibere velis. De principe noſtro audiuimus

nimus heri omnia proſpere hactenus ei euenire, vrbes aliquot ſe ei dedidiſſe, exercitus coniunctos ducis Caſimiri et Statuum, ſed paulo ante coniunctionem acriter cum hoſte dimicatum, eius aliquot ſigna fuſa eſſe. Alençonium apud principem noſtrum et ſtatus legatos ſuos habere, quanquam inſidioſas eſſe eius actiones plerique exiſtimant. Ordinum decreto licet in Brabantia et Flandria habere paſtores vbi centum ſunt euangelicae familiae. Dominus Ieſus, Vir clariſſime, tibi perpetuo benedicat. Neuſtadii 12. Aug.

Tuus

DANIEL TOSSANVS.

XIII.

Clariſſimo theologo D. Doctori IOH. IACOBO GRYNAEO, *ſacrar. literar. in academia Baſileenſi profeſſori praecipuo, domino et ſymmyſtae ſuo integerrimo et reuerenter colendo.*

S. Binas tuas vir clariſſime vna hora accepi, in quibus hoc mihi primo omnium iucundiſſimum fuit, quod te cum tuis nobilibus ſaluum et incolumem domum rediiſſe ſignificarunt. Eramus enim vehementer de vobis, et praeſertim de te ſolliciti, de nimia illa ventorum vehementia imbecilles tuos oculos laederet. Quare cum intelligamus te nihil ex ea incommodi percepiſſe, eſt quod pro te gratias agamus Deo. Quae tibi tuisque comitibus a nobis praeſtita ſunt, nullam merentur gratiarum actionem, conſtitueramus maioribus officiis noſtram erga te obſeruantiam et amorem probare, ſed praepropera feſtinatio veſtra omnem nobis occaſionem et facultatem eripuit, quo nihil moleſtius nobis potuiſſet contingere. Quod domini Scapulae cauſam concernit, egi cum praefecto

ecto Iuordunenſi, exhibitis literis Doctoris Samuelis Grynaei, qui pollicitus eſt ſe per literas reſponſurum. Facile autem hoc illi concedit D. Praefectus, quantum in ſe eſt, vt apud vos ſubſiſtat tantiſper, dum finis operi incoepto imponatur, modo id reliquis miniſtris vicinis, quibus abſentis vices agendae ſunt, moleſtum non ſit. Promiſit tamen ſe cum illis quam diligentiſſime acturum, neque dubitat quin hanc operam illi haud grauatim ſint praeſtituri. Quod ſi fiat, non eſt neceſſe a ſenatu hanc illi veniam impetrare, cum nemo ipſum apud ſenatum propter longiorem abſentiam ſit accuſaturus: et ſi maxime res per inuidum aliquem et maleuolum ad ſenatum referatur, Dominus Fodmingerus tum et ego pro ipſo reſpondebimus, et efficiemus, vt ſit extra periculum, modo ipſe non diutius iſtic haereat, quam ipſa neceſſitas poſtulet. Quod Gallicanam eccleſiam concernit, quae apud vos eſt et Lutetiae, reuocato D. Virello, alio miniſtro indiget, ea de re contuli cum D. Roſéto Syndico Geneuenſi, eique literas tuas oſtendi, qui totum hoc in ſe recepit et promiſit cum D. Beza ſe de his communicaturum. Operae pretium tamen vos facturos arbitror, ſi ad ipſum D. Bezam hac de cauſa ſcripſeritis, ſed haec vos etiam me non monente. Machinulam horariam D. Eraſti accipies a tabellario iſto, vna cum ſcheda, quae ſummam pretii continet, quod ille poſtulat, videtur nimium poſtulare, vel ego de iſtis non bene poſſum iudicare, tu mitte quod aequum tibi videbitur. Quae ex Saxonia his nundinis accepiſti, quaeſo, ſi moleſtum non eſt, nobis communices. Accepimus quaedam Tiguro, quae triſtia ſunt, orandus eſt Deus, vt obſtinata principum corda emolliat, et veram concordiae viam eccleſiis monſtret. Quem rogo vt te cum tuis diu ſaluum et corpore et animo integrum conſeruet, tuisque

ſanctis laboribus benedicat, Vale et me, quod facis, ama. Reſalutant te fratres omnes. Scripſi αὐτοσχεδίως. 10. Maii 1579.

T. T. AB. MVSCVLVS.

D. Iulium velim meis verbis etiam quam humaniſſime ſalutes, cum omnibus tuis.

XIIII.

Rev. et cl. viro Dno IOHANNI IACOBO GRYNAEO, *Theologo profeſſori in academia Baſileenſi, domino et amico ſuo obſeruando. Baſel.*

Oro te, Domine et frater obſeruande, vt huic ſchedae incluſas literas ad Dominum Lauaterum et Dominum Hortinum, Tigurum et Bernam certa occaſione mittere ne graueris, facturus ipſis non mihi gratum officium. Perſoluo ipſis dudum debita reſponſa, quamdiu enim hic ſum, aegrotaui, et à principio menſis Auguſti ad hunc vsque diem decubui, grauiſſime cruciatus doloribus iliacis. Per aliquot dies ea fuit ſaeuitia morbi, vt medicus non minus quam ego dubitaret, an non Dominus me iam vellet ex huius vitae miſeriis euocare. Etiamnum valde afflicta ſum valetudine, itaque me tuis precibus commendo. Exiſtimo te vidiſſe quosdam tractatus D. Schegkii contra vbiquitatem corporis Chriſti ſcriptos. Quidam pii et docti viri me rogarunt, vt ſi qua ratione poſſem, adiutarem eorum editionem in publicum. Et audio ipſum Schegkium non repugnare editioni, noſtra autem officina typographica adhuc friget vt et reliqua, aliae in Germania ſunt nobis clauſae theologorum iniquitate. Credo te habere aut facile poſſe habere exemplaria. Si itaque a Froſchouero impetrares vt ipſe publicaret eos libellos, credo

t

te vtilem et multis gratam operam praeſtiturum. Quaedam ex illis vidi, quae mihi non diſplicuerunt, etſi habet ille vir, vt ſcis, quaedam aliquando ſubtiliora. Putarim facile diſtractum iri exemplaria propter autorem et propter argumentum. Adoleſcens iſte, qui has tibi affert, eſt tabula ex naufragio ſcholae Ambergenſis, dicitur et videtur eſſe bonae indolis, ſed hic non inuenit locum, quia numerus alumnorum principis eſt plenus. Itaque Baſileam ſe confert, operam daturus, vt ait, ſtudiis literarum et theologiae. Habet ibi cognatum, ciuem quendam veſtrum. Petiuit ſe tibi commendari, vt acceſſus ei ad te pateret, itaque peto, vt, ſi qua in re conſilio et auxilio tuo ei prodeſſe queas, tuae humanitatis et noſtrae amicitiae fructum ſentiat. Vale. Neuſtadii xv. Septembris an. LXXVIII.

T. ZACHARIAS VRSINUS.

XV.

Clariſſ. doctiſſimoq. viro Dn. IOHANNI IACOBO GRYNAEO, *SS. Theol. Doctori, et in celebri academia Baſileenſi Profeſſori ordinario etc. Domino et amico plurimum obſeruando. Baſel.*

S. P. Scripſit ad me ſub haſce Nundinas noſtras famuli mei Philippi pater, ob eius commendationem, cui hiſce inſerto epiſtolio reſpondi, illud ad eum perferri cures, oro. Gerit ille hactenus ſatis ſeſe commode, etſi aetate iam inualeſcente ſiat aliquanto elatior, quem tamen, quantum poſſum, reprimo. Fuit hiſce nundinis mecum frater tuus D. Simon Grynaeus, qui belle valet, et Heidelbergae (etſi alibi non vulgaris illi fuerit oblata conditio, vt audio) perſuaſu principis electoris Palatini permanebit, vt mihi

retulit. Ne vero prorſus haec inanis ſit epiſtola, mitto votum meum, nuper admodum, et quidem ſerio, a me conſcriptum. Crede mihi, mi Domine Grynaee, intra ſeſquiannum me circiter quingentos annuorum ſalarior. Florenos, quos a principibus comitibus et nobilibus quibusdam habebam, a me abdicaſſe, pluraque deinceps abdicaturum, ſaltem vt aliquando mihi viuere poſſim, et in otium, non iners quidem, vt in Satyris optat Horatius, ſed litteratum vindicare tandem poſſim. Bene vale vir doctiſſ. et amare me perge. Francofurti ad Moenum. Raptim penultima Martii ipſo Paſchatis feſto Anno M. D. LXXVIII.

Tuus ex animo et aſſe

IOHAN. FICHARDVS *Doctor etc.*

XVI.

Clariſſ. theologo Dn. Doctori IOHANNI IACOBO GRYNAEO, *ſacrar. litterar. in celebri Baſilienſi academia profeſſori eximio, domino et ſymmyſtae ſuo reuerenter colendo.*

S. Scripſi ad te, vir clariſſ. ante octiduum, quibus nunc nihil habeo quod addam. Remitto epiſtolas quas communicaſti, pro quibus gratias tibi maximas habeo. Cum proxime ſcripſeris, quaeſo ſignifica, an homines exules qui ſunt in Palatinatu aliquid ſubſidii a veſtro magiſtratu acceperint. A nobis (quod vehementer doleo) nihil impetrarunt, quae cauſa ſit ignoro, niſi quod aliquid ſimultatis ſubeſſe videtur. Vehementer exhilaratus ſum eo, quod proximis tuis literis ſignificas: nubeculam tranſiiſſe et bene ſe nunc omnia apud vos habere; Vellem au-

autem, ſi moleſtum tibi non ſit, exitum totius controverſiae plenius ad me perſcriberes, et quomodo in poſtrema ſynodo Roetelana tibi cum Diotrepho conuenerit. Faxit Deus vt omnes vere in Chriſto vnum ſentiamus et loquamur. D. Hilarius Didelot, vir, vt apparet, pius et doctus, nihil ab ampliſſ. ſenatu praeter quam ſumtus itineris impetrauit, nullae enim hoc tempore ſcholaſticae conditiones neque hic neque Lauſannae vacant, et ſunt noſtri in admittendis peregrinis, praeſertim ignotis, nonnunquam difficiliores, quam velimus. Si pax in Belgio fiat, quod ſperant multi prudentes viri, poterit vir bonus melius et commodius in patria viuere quam apud nos. Salutem ex me dicas amicis tuis omnibus, et praeſertim honeſtiſſimae coniugi et familiae. Vale vir optime et mihi amiciſſime. Bernae penult. Auguſt. 78.

T. T. AB. MVSCVLVS.

XVII.

Clariſſ. viro D. HENR. BVLLINGERO, *amico et fratri, Zürch.*

S. Oro vt ſi is, qui has ad te perfert, cauſam habet bonam, interpoſita fide autoritateque tua apud bonos iuuare velis hominem, etiam ex officio id facies tuo, et hic nobis plurimum gratificaberis. De amicitiae noſtrae fide ſpero ſempiternam in nos eſſe gratiam Chriſti. Oro vt ſalutare diligenter amicos velis omnes, Theodorum noſtrum amiciſſime. Spero nos omnes in Chriſto Ieſu redemtore integre conſpirare, quae enim cauſa eſt cur nos non toto pectore invicem redempti domini amemus, et cur non in vnius eiusdem principis Chriſti laudibus celebrandis ſtudia omnia et vires omnes coniungamus. Vale

cum vxore et liberis chariſſimis in Domino optime. 6. Sept.

S. GRYNAEVS TVVS.

XVIII.

S. Clar. vir. Scis me operam dediſſe, vt Doctorandus noſter conſilio tuo ſententiam mutaret. Nimium mihi tribuit, quae eſt ipſius erga me humanitas et beneuolentia. D. Chriſt. Iulium communem amicum confeſtim rogaui, vt te quamprimum conſilii mei admoneret. Scio me peregrinum et exulem hic beneficio veſtro aetatem agere. Nolo quenquam offendere, nedum clariſſ. et praeſtantiſſ. Dominos Profeſſores. Placide ego, tacite et quiete quod reliquum eſt vitae cupio tranſigere. Publicis actionibus abſtinere cupio. Eo accedit, quod ritum in hac academia obſervari ſolitum prorſus ignoro. Adde meas tum in re familiari, tum in domeſticis ſcholis occupationes. Ne multa; dixi D. Doctorando ſummatim haec omnia, et rogo (ſi me theologice loqui patiere) vt poculum hoc a me avertas. Vale clariſſ. vir et frater mihi obſeruande.

Totus et animo et ſtudio tuus

HOTOMANNVS.

XVIIII.

Clariſſimo et ornatiſſimo viro Domino IACOBO GRYNAEO *ſacrae Theologiae Profeſſori eximio, eccleſiaſtae, amico et ſymmyſtae plurimum colendo. Baſileae.*

S. P. Clariſſime et ornatiſſime vir, eximiam illam humanitatem ac φιλανθρωπίαν, quam ante annum praeſens in te agnoui et expertus ſum, multorum teſtimonii

niis praedicari audio. Hinc fit vt non grauatae me induci ſim paſſus ad exarandum hoc breue epiſtolium, quo tibi, quam poſſum diligentiſſime, dominum Hubertum Sturmium, a multis annis mihi familiariter notum, commendo. Etſi enim vino vendibili opus non ſit ſuſpenſa hedera, ipſeque eruditis atque piis omnibus, ſuis donis quibus eſt raris praeditus, ſe ipſum abunde commendare poſſit, cum non tantum pius ſit atque trium linguarum cognitione egregie inſtructus, ſed in theologico ſtudio feliciter etiam verſatus, attamen nec potui nec volui pauculas haſce lineas, quibus aditum ipſi apud te facerem, illi denegare. Oro itaque te atque maiorem in modum obſecro, vt conſilio illum iuuare, tuaque commendatione promouere non graueris; talis enim eſt vt te officiorum in ſe collatorum nunquam pudere aut poenitere poſſit. Facturus es Chriſto officium gratum, quod magno cum foenore tibi repoſiturus eſt. Optime valeas vir clariſſ. meque tui amantiſſimum redamare pergas. Raptim Frankenthalii 15. Febr. 1578.

Tui Studioſiſſimus.

PETRVS DATHENVS.

XX.

Optimo iuueni, GVILHELMO STVCKIO, *Tigurino, philoſophiae Candidato.*

Tubingam, apud D. D. Gablerum, medicum.

S. Binas tuas accepi, mi Guilhelme, vnas idibus, alteras 24. Maii datas. Gaudeo D. D. Gablerum et Scheckium tibi fauere, et ſtudiis omnia fauſta precor. Scribe ad nos per ocium Academicum iſthic, hoc eſt, lectionum et lectorum in omni diſciplinarum genere rationem

et differentiam, priuatim vero tuorum ſtudiorum, quibus faueo. In alteris tuis, nihil eſt quod D. Gablerum excuſas, quod prae negociis non ſcribat ad me. Accipio excuſationem, ea conditione, vt nunc etiam eodem nomine me quoque excuſatum habeat, idque eo iuſtius, quoniam vices ipſius nunc vocaui, vt iudicium eius ſuper noſtro de anima libello, quem cum libris tuis miſi, ingenuum (ſed timidus) expecto. Labores, quibus in ſtirpium hiſtoria incubo, et alii quidam, adeo me ſibi totum vindicant, vt meorum erga amicos officiorum induciae ad aliquod tempus mihi ſint petendae. Vale feliciſſime, et me commenda clariſſimis dominis Gablero, Scheccio, et Heylando. Tiguri, 1563.

T. T. CONRADVS GESNERVS.

Hoſce Friſios iuuenes ornatiſſimos, (quorum maior natu bene doctus, et alterius paedagogus eſt,) qui diu hic apud D. Friſium habitarunt, cupio tibi ita commendatos habeas, vt commendationem meam alicuius apud te momenti fuiſſe intelligant.

XXI.

Ad THOMAM GRYNAEVM.

Mi obſeruande frater, quod eo ſerius tibi reſpondeo, et rarius ad te ſcribo, quaeſo vt et occupationibus meis perpetuis, et horum temporum aſperitati tribuas, quae me, ac merito quidem, ita diſcruciant, vt neque mihi paene, neque amicis viuam. Theſes illas, quas ad me miſiſti, vnas quidem a M. Iacobo Forrero, Bernate, alteras vero a M. Iacobo Fabricio ſcriptas, et mihi dono datas legi et relegi maxima cum voluptate. Quid enim mihi piiſque omni-

omnibus poſſit iucundius accidere, quam ſi iſtiusmodi ingeniis ſatum agrum Domini videamus, ex quibus meſſis optima merito ſperetur? Probo ipſum doctrinae genus, methodum διδακτικὴν, et acumen perſpicuitate temperatum. Velim tamen cogites an non quaepiam ſit κακοφωνία in M. Forreri theſeων inſcriptione, et an illa ſatis ſit commoda verbi diuini diſtributio in ſcripturam cordis, et ſcripturam miniſterii. Vnicum enim et plane ſingulare Domini verbum eſſe arbitror, et quod foris per Euangelii miniſterium inſonat, et quod intus virtute Sancti Spiritus renouatis cordibus inſculpitur: et optime noſti quas turbas Schwenkfeldius Eccleſiae dederit, fanatica verbi interni et externi deſcriptione excogitata, a quo tamen errore hunc noſtrum procul abeſſe non dubito. Sed hac de re plus ſatis, ſi hoc vnum addidero, gratulari me plurimum et Baſilienſi academiae quae te magiſtrum ſit nacta, et tibi, qui tantos habeas diſcipulos, toti denique Eccleſiae, quam ſpero non eſſe a Deo ſummiſſis hujusmodi operariis deſerendam, quamuis id plane mereatur obdurati terrarum orbis indomita peruicacia. De rebus gallicis, vt vno verbo dicam, neſcio an vllum vnquam miſerioris ſtatus exemplum extiterit, principibus ſimul et populis ſpiritu vertiginis ad inſaniam vſque manifeſtam inebriatis. Itaque nihil amplius, quam fatale potentiſſimi regni excidium expecto, in qua tamen ruina ſperandum eſt, Dominum habiturum ſuorum rationem. Lugduni coepit graſſari peſtis. Nos, Dei beneficio, adhuc valemus, et pace fruimur, quam tamen non audeo diuturnam ſperare, ſi regulo nobis vicino ſucceſſerit ex animi ſententia quod apud venales illos iam pridem molitur. Conceſſum iſtis fuiſſe noſtratibus exulibus ſuos coetus habere, tanta cum laetitia audiuimus, vt veſtro quoque

 col-

collegio gratias eo nomine agendas cenſuerimus. Huius autem beneficii quum partem non minimam tibi deberi intelligam, priuatim quoque tibi hac de re gratias ago, et Deum Optimum Maximum precor, vt hanc in ſuos collatam gratiam cumulatiſſime Vobis rependat. Bene Vale, Vir reuerende, et merito tuo plurimum obſeruande frater. Geneuae, VIII. Aprilis, 1577.

Tuus

BEZA.

Adſunt in reliquis thecis litterarum ad *Ioachimum Camerarium*, filium datarum 3737; ad *Ludouicum Iungermannum* 493; ad *Iohannem Georgium Volkamerum* patrem, 1058, in quibus memoratu dignae *Catharinae* et *Gabrielae*, *Patinarum*; adſunt litterae *Aldrouandi*, *Aretii*, *Burmanni*, *Caroli Cluſii*, *Commelini*, *Cornarii*, *Daleckampii*, *Octauii Ferrarii*, *Simonis* et *Iohannis Iacobi Grynaei*, *Alberti de Haller*, *Antonii* et *Bernhardi de Iuſſieu*, *Iungermannorum*, *Iobi Ludolphi*, *Kunkelii*, *Ant. Magliabechi*, etc.

LXXXIII—LXXXV.

Amicorum b. Trewii Bibliothecam uiſitantium Album ab A. 1730 ad A. 1768.

LXXXVI.

a. In libellum ethicum Phil. Melanchthonis annotata a D. Magiſtro Wolfgango Heytero Ienae ad Salam priuatim dictata anno 1588.

b. De iuramentis ad Ethicam Phil. Melanchthonis 1590 Eiusdem.

c. De Meteoris. 1585. Eiusdem.

d. In

d. In libros Meteororum Ariſtotelis annotata uiri clariſſ. D. Antonii Vari Vinarienſis, Medic. Profeſſ. publice dictata a. 1588 in Acad. Ienenſi.

e. Tractatus in librum Galeni de oſſibus. 1588. Eiusdem.

f. Eiusdem. Collegium anatomicum. 1589. Faloppium praecipue ſequitur.

LXXXVII.

Tomus I. Curationum medicarum a D. Ioh. Georgio Fabricio; Practico Norimb. et aliis cum domeſticis, tum peregrinis Medicis peractarum. 1666.

LXXXVII.

a. Iac. Pancratii Brunonis Collegium chirurgicum. 1709. Cum continuatione filii, Friderici Iac. Brunonis.

b. Adnotata ex Diſcurſibus D. Ioh. Mauritii Hoffmanni in Chirurgiam Paulli Barbette.

c. Eiusd. Collegium de praeſcribendis Remediorum formulis.

d. Annotata ex Diſcurſibus chirurgicis D. Heiſteri in Ioh. van Horne Microtechnin. A. 1711. Manu b. Trewii, ut et ſequentes.

e. f. Catalogi operationum chirurgicarum in humano corpore obuenientium m. Nou. 1711. a D. Laur. Heiſtero.

g. Catalogue général des Bandages, faits chez Mr. Ceſaux, Chirurgien de Paris. 1717.

h. Formules de Chirurgie pour la gueriſon des bleſſés de l'hôpital Royal de Strasbourg. Par Mr. du Comte, Chirurgien Major du dit Hôpital.

LXXXIX.

a. Herm. Boerhaauii Collegium publicum de Viſu, Lugduni Batauorum A. 1707 et 1708 habitum, et ex ore eiusdem exceptum a Laurentio Heiſtero. Ex iſto autogra-

tographo Heiſteriano edidit Willichius, Goettingae, 1750. 8.

b. Idem Collegium, 364 paginarum, de Viſu et de morbis Oculorum. Ab initio Heiſterus ſcripſit: *Quod ſequitur, idem eſt collegium, ſed quia in uariis diſcrepat, hinc bis ſcriptum a me. Prius eſt ab amico, cui nomen erat Managetta, conceptum, alterum uero, ſiue poſterius a me inter loquendum ex ore Boerhauii conceptum.* Secundum iſtud exemplum Managettae edidit e codice Ioh. Rud. Zuingeri ill. Hallerus, Goettingae, 1746. 8. Vid. eius Bibl. chirurg. T. I, p. 585.

LXXXX.

a. Laur. Heiſteri Collegium de Medicamentorum uiribus et operationibus. 1711.

b. Dom. Ioh. Iac. Baieri Collegium formulare, cum multis Addendis.

LXXXXI.

a. Collegia Heiſteri anatomica. 1711 et 1717. Pag. 34 eſt optima muſculorum oculi delineatio.

b. Hiſtoria anatomiae publicae cadaueris maſculini, Altdorfii, 1711 a D. Laur. Heiſtero.

c. Noua auris internae Delineatio Caecilii Folii Equitis, ad Thomam Bartholinum. Venetiis, 1645. Cum delineationibus. Iam edita.

d. e. f. Varia adnotata anatomica.

g. h. Oſteologia. Myologia. Anacephalaeoſis totius Corporis muſculorum a capite ad pedes.

i. La Neurologie.

k. D. Ant. de Marchettis Methodus ſecandi corpora humana.

l. Me-

l. Methodus ſecandi cadauera Veſlingii et Molinetti, Anatomicorum Patauinorum quondam celeberrimorum.

m. Experimenta quaedam de Balſamatione et Conditura cadauerum, e pluribus ſelecta.

n. Ioh. Ant. Taygeti Brix. Carmen ad manes eorum, qui Pataūii in publica Anatome, adminiſtrante Hieronymo Fabricio de Aquapendente diſſecti fuere. Edita 1570.

o. Selecta e Zootomia Democritea M. Aurelii Seuerini. Cum figuris.

p. Opinio Ioh. Riolani et Herm. Conringii de circulatione Sanguinis. Conringius Harueio adſtipulatur. Riolanus circuitum ſanguinis aliquem admittebat; ſed ex eo ramorum minorum uenae portarum, cauae et aortae ſanguinem excludebat. Negabat enim, niſi in caſu inediae, ad cor redire. Vid. eius Opuſcula anatomica noua. Londini, 1649. 4. Harueianum maiorem circuitum tamquam impoſſibilem refutare conabatur. Minor circuitus per pulmones iam Galeno innotuit, melius vero *) Serueto (ante a. 1553) Realdo Columbo (1559) et Caeſalpino (1593); quem cum Harueiano confundit Dom. Dutens, in *Recherches ſur l'origine des découvertes attribuées aux modernes.* (à Paris, 1766. 8) Ante Herueium nemo praeter Franciſcum de la Reyna A. 1564. mentionem fecit circuitus ſanguinis per omnia membra et partes. **)

q. Occaſio inuenti noui Ductus Pancreatis a clar. *Virſungo.* Epiſtola Ioh. Ge. Virſungi ad Ioh. Riolanum, Patavio ſcripta 1643. d. 7 Iulii.

Mau-

*) In Chriſtianiſmi Reſtitutione, 1553. 8. pag. 169-172.

**) *La ſangre anda en torno, y en rueda, por todos los membros.* Vid. Flora Eſpanola por Don *Ioſeph Quer.* Madrid, 1762. 4. T. I.

Mauritius Hofmannus, celebris Profeſſor Altdorfinus et theatri anatomici conditor, hoſpes Ioh. Georgii Virſungi, Bauari, Ioh. Veſlingii diſcipuli, inde inciſoris, et aemuli, multis teſtibus *) ductum pancreaticum autumno anni 1642 inuenit caſu in gallo indico, et occaſionem dedit Wirſungo inueniendi in humanis cadaueribus eiusdem ductus**), qui nouum inuentum publicauit, miſſa ad Riolanum icone d. 7 Iulii, 1643, in fol. in aes inciſa, quam occultauit Hofmanno et Veſlingio, interfectus ab inimico Dalmato d. 22 Aug. 1643. Mauritius Hofmannus legauit anatomico ductum pancreaticum Altdorfii demonſtranti unum florenum. Inde Hallerus emendandus, quando ſcripſit: *Publico etiam conuiuio quotannis audio hoc illuſtre inuentum Altdorfii celebrari.* ***) Magni uiri, Morgagnus et Valliſnerius iun. mihi Patauii A. 1760 eos inuiſenti adſeuerabant, ueriſſima eſſe relata. Valliſnerius publice antea idem ita confirmauit: *Maurizio Offmanno in Padova moſtrò prima del Virſungio il canal pancreatico.* ****)

r. Reſponſio Riolani ad Virſungum.

s. Iudicium Ioh. Riolani de uenis lacteis, Inſertum eſt eiusdem Animaduerſionibus ad Syntagma anatomicum Veſlingii.

t. Ani-

*) teſte Thoma Bartholino, qui eodem tempore Patauii uixit; uid. eiusd. Anat. reform. p. 113.

**) Monſtrauit eum poſt duos menſes Thomae Bartholino in cadauere humano, et Chriſtophorus Schelhammerus Ienae 1644. Ita hic in epiſtola ad D. Ioh. Georg. Volkamerum A. 1645: *De Ductu Pancreatis non eſt quod dubitemus, quem ante annum in publica Anatome ſpectatoribus oſtendi.*

***) Biblioth. anat. T. I, pag. 416.

****) Vita del Cavaliere Antonio Valliſneri. Opere, T. I, Venez. 1733. fol. pag. 49.

t. Animaduerſiones Ioh. Riolani, Filii, Pariſienſis in Anatomica Caſparis Hofmanni, ſuis Inſtitutionibus inſerta.

LXXXXII.

Collegium anatomicum, Chirurgiae cultoribus traditum, et frequentioribus Cadauerum humanorum diſſectionibus, in Theatro anatomico Noribergenſi habitis, illuſtratum a me Ioh. Guill. Widmanno, M. D. Latine et germanice.

LXXXXIII.

D. Friedii Prof. Argentor. Dictata in Petri Dionis *Traité général des Accouchemens*, 616 Paginarum.

LXXXXIV.

Bernh. Siegfr. Albini Dictata in Phyſiologiam pro Annis 1740, 41 et 42. Deſcripta et in tres Partes diuiſa Lugduni Bat. 1745. 865 Paginar.

LXXXXV.

Catalogus Plantarum horti Regii Pariſini. Paginar. 441 in oct. mai.

LXXXXVI.

Hiſtoriae morborum, ab An. 1721 ad 1768, innumeris ſchedis.

LXXXXVII.

R. Beniamini Tudelenſis Itinerarium, cum prolegomenis, tabula geographica, uerſione noua atque notis *Matthiae Friderici Beckii*. E Bibliotheca Krafftiana comparauit Ill. Trewius. Vid. *Ioh. Geo. Schellhornii* Amoenitat. litter. T. III, pag. 88. T. IV, p. 561. Edidit hoſce adnotationes cum ſuis b. Dom. Prof. Nagelius in Recordatione annua ampliſſimi muneris Bibliothecae et Muſei Trewiani, num. 1—14. Altdorfii, 1774—1786. 4.

LXXXXVIII.

Ill. Trewii Itinerarium, e quo excerpta exhibuit Dom. Prof. Iaegerus in duobus Programmatibus Memoriae muneris magnifici Trewiani conſecratis A. 1789 et 1790. 4.

II.

II. LIBRI IMPRESSI.

Si ſinguli numerantur, excedunt numerum 40000; ſi uolumina, ſunt ultra 24000. *) Eminet numerus inſignis librorum anatomicorum, botanicorum**), Itinerariorum. Diariorum ſunt ultra 3000 uolumina. Enumerantur in prima hac Sectione Catalogi. Optandum eſt, ut continuentur hae Sectiones.

Catalogus Bibliothecae medicae, philoſophicae et miſcellaneae, decurſu quinquaginta Annorum in priuatum et publicum uſum collectae, ac porro pro uiribus D. u. augendae, quam una cum Phyſiotameo ſuo Celeberrimae Academiae Norico-Altdorfinae poſt ſua fata ultima tradendam Anno 1768, *die VII Cal. Iulias ſolemni actu conſecrauit* D. Chriſtoph. Iac. Trew, *S. R. I. Nobilis, Conſiliarius, Archiater et Comes Palatinus Caeſareus* etc. *Sectio I. Continens* Acta, Diaria etc. *Norimbergae*, 1769. 8. *Sumtibus et Typis de Launoy.*

Diſſertationum numerus ad 18000 adſcendit, Voluminibus ultra 400.

Eminet inter κειμηλια Bibliothecae Opus ſinicum hiſtoriae naturalis uariorum medicorum antiquorum, ab aliis medicis et philoſophis per diuerſa tempora auctum, amplifica-

*) Catologus ſcriptus octo uoluminibus in folio continetur. Adeſt etiam Catalogus ſecundum ordinem rerum diſpoſitus.

**) Librorum botanicorum Catalogi duo, quorum prior recentiores quosdam, poſterior pleroſque antiquos ad annum MDI. usque excuſos, ad ductum propriae collectionis, breuiter recenſet, conſcripti a D. *Chriſtophoro Iacobo Trevv.* Norimbergae, 1752. fol.

Eiusdem Librorum botanicorum Catalogus tertius, in quo recentiores quosdam, ad ductum propriae collectionis, porro recenſet, Norimbergae, 1757. fol.

plificatumque, quorum ultimus *Li ſchi tſchin*, cuius opera impreſſum fuit, imperante apud Sinas *Schün tſchi*, patre Imperatoris *Kang hi.*

Sunt triginta ſex faſciculi, ſiue (*kjwên*) uolumina, in forma octaua maiore, ſex inuolucris panni tenuioris caerulei (*bombaſin*) comprehenſa. En operis titulum:

三	Sân	*tres*
樂	lô	*Muſicae*
齋		*Concentus* ſeu
重	tſhung	*duplex*
訂	ki	*Collectio.* (*Recueil*)
本	puèn	*Proprietatis*
草	çaò	*herbarum*
綱	kang	*caput* et
目	mô	*oculus.*

 Hic

Hic titulus primo uolumini praefixus eſt permagnis characteribus. *) Legitur etiam cuique Inuolucro adglutinatus, cum ruſſica interpretatione, quae ita habet:

Inuolucrum primum. Praefatio, introductio, regulae, icones, diſtributio, uſus ſcopuſque.

Inuolucrum ſecundum. De aqua pluuia, et terreſtri, igne, terra, auro, argento, et aliis metallis, Iaſmachſan **), *lapidibus uulgaribus, herbis montanis, odoriferiſque.*

Inuolucrum tertium. De plantis ſucculentis, paludoſis, hederaceis, aquaticis, ſaxatilibus, muſcis aliiſque.

Inuolucrum quartum. De cannabi, frumento, alica, eruis fabiſque, eſculentis et potulentis, variis leguminibus, lactucis, cucumeris, et cucurbitis, herbis aquaticis ciborum, fungis boletiſque.

Inuolucrum quintum. De arboribus odoriferis, pomis, aliiſque; de ueſtimentis et texturis, charta, uaſis, uermibus ouiparis, ſe mutantibus, et e humiditate creſcentibus; de uiperis, anguibus, piſcibus ſquamatis et ſine ſquamis.

Inuolucrum ſextum. De teſtudinibus, conchis, auibus aquaticis, gallinis, auibus ſilueſtribus et rubetris; animalibus domeſticis, ſimiis, muribus, cercopithecis, feris uarioribus; de homine omnibuſque ſuis partibus, de pulſuum diiudicatione et uariis morbis.

Quia

*) In Halleri Biblioth. med. pract. T. I. pag. 423. minus recte appellatur hic liber *Pent-ſao*. Lateri characterum ſinicorum non nullae litterae mantſhu-tataricae adſcriptae ſunt, additis hiſce uocibus ruſſicis: 1742 *go Godu kuplena ſia kniga vv' pekina*; i. e. *A.* 1742 *emtus eſt hic liber Pekini.* —

**) Tataricum eſt nomen cuiusdam ſpeciei lapidum ſtriatorum pellucidorum, qui in India orientali atque Sinenſi imperio reperiuntur.

Quia b. Trewius iſtud opus ſinicum a cel. Ioh. Georgii Gmelini uidua emit, ruſſicam iſtam expoſitionem ſcriptam eſſe ſuſpicor ab interprete ſinenſi *Roſſochin*, qui a. 1741 Pekino Petropolim rediit. Nunc officio iſto translatoris linguae mantſchu-tatar. fungitur Dom. Iohannes Iaehrig, hoc anno 1791 Kjachtae degens in confiniis Imperii Ruſſici atque Sinici.

Opus iſtud *) *Puen çao*, ſiue Materia medica, ab antiquiſſimis medicis ſinenſibus congeſtum, et a ſequentibus auctum fuit; completum a nouiſſimo auctore *Li ſchi tſchin* ordine Linnaeano inuerſo, ita ut initio dicantur aquae, metalla etc. et finem faciant ſimiae, id quod etiam tabulae 305 docent, quarum quaelibet in quatuor diſtincta eſt campos aequales, quibus ſingulae figurae, ſeu icones repraeſentantur. Harum tabularum ſpecimina exhibui in parte VII diarii *der Naturforſcher*, Halae Sax. 1775. 8 mai. nimirum e tabula 32, Figuram 2. Tab. 242, Fig. 1. Tab. 294, Fig. 2. Tab. 287, Fig. 4. Tab. 220, Fig. 3. Tab. 192, Fig. 2. Tab. 305, Fig. 1. et 2.

Impreſſum eſt hoc opus tabulis ligneis, (ut notiſſimum) imperante *Shun tſhi* (inter 1648 — 1665) parente magni Imperatoris *Kang hi.* Leguntur lineae perpendiculares ut notum a dextra uerſus ſiniſtram.

Tabulae plerumque ſat nitidae ſunt, ſuprapoſitis characteribus tam compoſitis, quam genericis (ſiue 214 clauibus, *Pu*), quos quidem ope libri *Stephani Fourmontii*

*) Auctore *Tſchiing kjab mo*, imperante Kjah çiing ſiue ſchi çong II, ſub initium Saeculi XV. prodiit Epitome huius operis: *Puen çao miung cjwên*, id eſt, τοῦ *Puen çao inſtrumentum piſcatorium et Sagena.* Catal. Biblioth. reg. Pariſ. n. 28 pag. 374. Fourmont Gramm. ſinica, pag. 488.

tii *) facile legere atque ſonum eorum eruere poteram; ſed maiorem difficultatem creabant compoſiti. Dolendum eſt, negligentia Dom. *Deguignes* Lexica ſinica, a Stephano Fourmont prelo parata, latere ad hunc uſque diem in Bibliotheca regia pariſina. Lexicon enim ſinicum in Tomo II Muſei ſinici *Theophili Sigeſridi Bayeri* (Petropoli, 1730. 8 mai.) parum me iuuabat. Quae huc pertinent, iam expoſui *im Verſuch einer ſineſiſchen Sprachlehre für die Deutſchen*; in Adpendice *der angenehmen Geſchichte des* Haoh Kjöh; *ein ſineſiſcher Roman* &c. Leipzig, 1766. 8, pag. 630. ſeq.

Titulum operis noſtri ſinici excipiunt quinque praefationes, in quibus de primis botanophilis Sinenſium, nimirum de Imperatoribus *Fo ki*, *Hoang ti*, *Shin nuung*, deque antiquiſſimis medicis ſinenſibus agitur, ut et de plantarum claſſificatione tam ſecundum genera, quam ſpecies; ſequitur breuis introductio ad Herbarium ſinicum, quam excipiunt foliis ſ. tabulis CCCV Icones, uſque ad finem ſecundi uoluminis Inuolucri primi.

Regnum minerale. Tab. 1 — 24.

Kin ſhe ſeu kin; Metalla, lapides, minerae, aurum.

Tab. 1, Fig. 1. repraeſentatur Aqua et aurum fluuiatile, (*Shui* **) *kin*) ſ. *aquae aurum*. Sinenſibus ſunt quinque

*) Meditationes ſinicae, Pariſ. 1737. fol. pag. 89 — 112. *Eiusd.* Linguae Sinarum Mandarinicae hieroglyphicae Grammatica duplex, latine, et cum characteribus Sinenſium. Item Sinicorum regiae Bibliothecae librorum Catalogus &c. ib. 1742. fol.

**) Vox *Kin* ſignificat metalla in genere. Imperator *Hoang ti* († A. 2598 ante Chriſtum) primus aurum liquefeciſſe dicitur. *Il eſt dit dans le* Ouai ki, *que Hoang* ti *ayant fait fondre*

que elementa, *Ki*, *Ho*, *Tu*, *Shui*, et *Mu*; Aer, Ignis, Terra, Aqua, et Lignum.

Fig. 2. *Shân kin.* Montium aurum. Ad latus titulus operis legitur cum expoſitione.

Tab. II, Fig. 1. Metalla, lapides, minerae, aurum.

Fig. 2. Rupes, natura et arte peruia.

Tab. III, Fig. 2. Moneta ſinica, Luſitanis *Paens de ouro*, panes aurei, Belgis *Goldſchuits*, nauiculae aureae dicta, pretio ſ. pondere diuerſo 100 aut 200 aureorum hungaricorum.

Tab. V, Fig. 1. Quercus marina?

Fig. 2. *To*, ſ. *Tu*. Lapis (e ſilicum genere) qui duritie omnia marmora ſuperat, ſonorus eſt, ita ut inſtrumentis muſicis pulſatilibus inſeruiat. Longiſſimi quos Imperator *Kjen long* poſſidet, ſunt longitudine trium pedum cum dimidio. Vid, *Mémoires concernant les* Chinois, T. VI, pag. 257 ſeq. et *les deux Notices ſur les pierres de* Yu, *par feu Mr.* Cibot, 1771 *Miſſionaire* à *Péking.* T. XIII, p. 389–395.

Tab. VI, VII. Plures lapides pretioſi.

Tab. VIII, Fig. 3. *Shuih mu hwang.* Lapides margaritarum flauarum?

fondre de l' or ou en général du métal (car le mot de Kin, *qui ſignifie métal, déſigne l'or en particulier, et il ſe prend pour l'un ou pour l' autre) en fit le ſigne des richeſſes, pour tenir lieu de tout ce qui eſt néceſſaire ou utile à la vie, et pour en être la repréſentation. Il fit faire (A. ante C.* 2607) *des pièces de monnoie en forme de couteau, d' où elles furent appellées* kin tao tſien. *Mémoires concernant l'Hiſtoire, les Sciences, les Arts, les Moeurs, les Uſages, &c. des Chinois; par les Miſſionnaires de Péking: Tome XIII, à Paris,* 1788. 4 mai. pag. 240.

Tab. XI, Fig. 1. Stalactitae in ſpecu ſubterraneo. Vid. *Du Halde* Deſcription de la Chine, T. 3, pag. 486 edit. à la Haye, 1736. 4.

Tab. XII, Fig. 1. Homo in puteo metallico laborans.

Tab. XV, Fig. 2. Nuces mergaceae ochra obductae. Conf. *Alb. Ritteri* Schediaſma de nucibus mergaceis. Helmſtadii, 1740. 4. Fig. 1 et 3.

Tab. XVII, Fig. 1. *Pe kihn ſhe.* Lapis albus mineralis.

Tab. XVIII–XXIV. Varia producta mineralia. Tab. XXI metallicos oſtendit. Sinenſes corpora metallica fere ſecundum methodum europaeam deſcribunt: nimirum 1) nuda, 2) laruata; 3) mineraliſata; et 4) calciformia.

Regnum uegetabile. Tab. XXV — CCXXVI.

Tab. XXV–XXXVIII. Variae herbae montanae, mihi abotaniciſſimo ignotae. Denominationes enim botanicas, quae ſequuntur, amicitiae cel. Dom. Vogelii, Doct. et Prof. Med. Altdorfii Noric. iam A. 1775 referre debeo. Reliquos ipſe, quantum potui, e *Boym*, *Kaempferi*, *Raii* &c. operibus hauſi. Fateor, iam a iuuentute numquam Botanicam mihi arriſiſſe; ſed doleo, me tam negligentem fuiſſe. Character ſpecificus harum plantarum haud e figura adſequendus fuit.

Tab. XXXII. Fig. 1. *Saan pi*, Tricochlearia; Germ. *Dreylöffelkraut*, uerbotenus.

Fig. 2. *Pe je têu jü*, Albo capite legumen alatum?

Fig. 3. Pe kje. Album perueniens, ſ. aſcendens.

Tab. XXXIX, Fig. 4. *Kje y.* Adſcendens flos. Trientalis europaea. Vid. Linn. ſyſt. veget. Edit. XIII, Curante *I. A. Murray.* Goettingae et Gothae 1774. 8 maj. pag. 290. quam editionem Cel. *Murray* e proprio exemplo magni Linnei auxit adornauitque, ut ipſe uir immortalis mihi Vpſalia, d. 5 Maii 1772 ſcripſit: *De noua editione*

tione Syſtematis non dum cogitaui, ſed habeo, et meo exemplari adſcripſi bene multas nuper detectas Animalium ſpecies. Quod uero alterum tomum, de Regno uegetabili ſpectat, ſunt iſtius exemplaria iam omnia distracta, adeoque paraui exemplar pro noua huius editione, adiectis nouis plurimis Generibus et Speciebus, numeroſiſſimis obſeruatiouibus ad plantas, non modo ex eis, quae habentur in Mantiſſis, ſed et aliis dein obſeruatis, ut ſi editor aliquando ſe offerat, poterit iſtud exemplar mox obtinere.

Tab. XXXXVI, Fig. 4. Canna indica Lin. ſyſt. ueg. p. 49.

Tab. XLIX, Fig. 4. Daphne indica Linn. ſyſt. ueg. p. 308.

Tab. LXII, Fig. 4. Celoſia criſtata Linn. ib. p. 205.

Tab. LXXII, Fig. 2. Commelina communis Linn. ib. p. 81.

Fig. 3. Hibiſcus Manihot Linn. ib. p. 524.

Tab. LXXIII, Fig. 1. Solanum aethiopicum Linn. ib. p. 188.

Tab. LXXV. Fig. 1. Adenanthera? pauonina Linn. ib. p. 332.

Tab. LXXXII, Fig. 3. Polygonum orientale Linn. ib. p. 312. Planta ualde crinita eſt in delineatione, ſtipulae optime ſunt expreſſae.

Tab. LXXXVIII, Fig. 2. *Tai hwang*, ualde flauum. Rhabarbarum. Rheum palmatum Linn. ſeu potius Rheum compactum, uti putat Dom. Pallas. (*Reiſen*), T. 3. pag. 156. Delineatio in noſtro opere magis conuenit cum illa a *Du Halde*, T. II, pag. 180. b. data, quam cum Boymiana, in Flora Sinenſi, Litt. S. de quo opere infra dicam, pag. 202.

Plantae aquaticae.

Tab. CXX, Fig. 3. Arundo paluſtris uulgaris, folio latiori, calamis firmis, ex quibus penicilla ſcriptoria confici putat *Kaempfer* amoen. exot. pag. 900. Iaponice *I*, uulgo *Aſſi*, *Iuſſi*, Vid. Artificia Hominum, miranda Naturae in Sina &c. pag. 936.

Tab. CXXVIII, Fig. 2. Oxalis corniculata Linn. Spec. plant. 623. β. Delineatio eam ſerpentem exhibet.

Fig. 3. et Tab. CXXIX, Fig. 2. *Ginſeng*, Panax quinquefolium Linn.

Tab. CXLIII, Fig. 2. Oryza ſatiua Linn. ſyſt. ueg. 13. pag. 283.

Tab. CLXI, Fig. 1. Dioſcorea bulbifera Linn. ſyſt. ueg. p. 744. Bulbuli perbene delineatae ſunt.

Arbores cum fructibus, uſque ad Tab. CCXXVI.

Tab. CLXXI, Fig. 3. Forſan repraeſentatur Imperator *Shin nûng*, qui primus de proprietatibus plantarum diuerſarum egit. Sinenſes uario modo eum delineant pinguntque, atque medici iconem eius conclauium ſuorum ornatiſſimorum cultui adhibent. Vid. Kaempferi *Deſcript. du Japon*, T. I, pag. 127.

Tab. CLXXVI, Punica Granatum, Linn. ſyſt. ueget. 13. pag. 385.

Tab. CLXXXII, Fig. 1 aut 4. Wanhong Kaempferi? Amoen. exot. p. 901.

Tab. CLXXXIII, Fig. 1. *Jai tſü*. Fructus arboris *Iai*.

Tab. CXCI, Fig. 3. *Tſhu tſe*. Lignum Bambou.

Tab. CXCII, Fig. 2. Nymphaea Nelumbo. Linn. ſyſt. uegetab. 13, p. 408. Vid. Kaempferi Amoen. exot. pag. 900. Vid. Dom. *Lerche* diſſ. *von den Früchten der Nelumbo, und von der Art, wie ſie die Indianer pflanzen;*

In

In tomo quinto *der Schriften der berliniſchen Geſellſchaft naturforſchender Freunde*, Berlin, 1784. 8. mai.

Tab. CXCVI, Fig. 4. *Tſi tſhu*, Arbor, quae uernicem fundit? Cf. Kaempferi Amoen. exot. p. 791 et 794. De uernice ſinica ample egit P. Incarville, in *Memoires de Mathématique et de Phyſique, préſentés à l'Acad. Royale de Paris*, T. III, pag. 117. — 142. Cum 7 tabulis aen. Poſſunt nunc Sinenſes magno artificio exacte conficere uernicem iaponicam, quae optima eſt. Cortex arboris cultro crenatus lacteum fundit lentorem, humore criſtallino (ex aliis ductibus ſtillante) permixtum, qui ad aëris contactum nigreſcit. Ita P. Incarville, l. cit. pag. 118: *Pour faire ſortir le vernis, on fait avec un couteau trois entailles dans la peau de l'arbre juſqu' au vif, ſans lever cette peau: ces trois entailles forment un triangle; dans la baſe de ce triangle on inſère une petite coquille de moule de riviere, pour recevoir la liqueur qui découle des deux lignes collatérales du triangle; c'eſt là ce qui ſe pratique aux arbres cultivés. Quant aux arbres ſauvages* *), *on fait une entaille dans l'arbre avec la hache, comme on fait en Europe pour tirer la ré-*

N 5 *ſine*

*) Iaponum *Faſi no ki*, ſeu Arbor uernicifera ſpuria, ſilueſtris, anguſtifolia, rubore ſuo auctumnali, qua uiridantes ſiluas ſuauiter interpolat, intuentium oculos in ſe conuertit. Dicitur legitima in hanc ſilueſtrem conuerti, ſi in loco ſterili conſtituta, nullam experiatur culturam. Vidit Kaempferus, cuius folia inter utramque ambigerent, ut, an legitimae accenſenda eſſet, dubitarent ipſi indigenae. *Faſi* arbor uernicem fundit parciſſimam, ne eam colligere operae ſit pretium. Kaempf. Amoen. exot. pag. 794. Forſan repraeſentatur haec arbor in Tabula CCII, Fig. 4. huius Operis ſinici.

ſine du pin. On peut faire juſqu' à vingt entailles à ces gros arbres; mais aux arbres cultivés on y place au plus trois ou quatre coquilles à la fois, et l'on fait de nouvelles entailles à chaque fois qu'on veut tirer du vernis. In *Memoires concernant* les Chinois, Tom. XI, pag. 326. legitur epitome epiſtolae Miſſionarii Collas, *ſur le* Lieou—li, *ou tuiles chinoiſes verniſſeés*, et alia Notitia Miſſionarii Cibot eiusdem argumenti, in Tomo XIII, pag. 396.

Tab. CXCVII, Fig. 4. Laurus Camphorifera, Kaempf. Amoen. exot. p. 770. Cf. Ioh. Frid. Gronouii hiſtoria Camphorae. Lugd. Bat. 1715. 4.

Tab. CXCIX, Fig. 1. Sinenſis ſagittam emittit e monte in rupicapram ſe poſt arborem occultantem. Forſitan haec arbor praebet uulnerum remedia, uti perhibetur de dictamo.

Tab. CCII, Fig. 4. Vid. ſupra Tab. CXCVI, Fig. 4, pag. anteced.

Tab. CCXIII, Fig. 1. Morus papyrifera Linn. *Papiermaulbeerbaum.* Kaempf. Amoen. exot. pag. 472, et eiusdem *Deſcript. du Japon*, T. II, Append. p. 22.

Tab. CCXX, Fig. 3. Camellia iaponica Linn. ſyſt. ueg. 13. pag. 525. Kaempf. amoen. ex. pag. 850. *Sàn ſa*, Iaponice, uulgo *Jamma Tſubakki.*

Fig. 4. *Sà* et *Sjùn*, Iaponice, uulgo *Tſubakki.* Frutex flore roſeo, fructu pyriformi tricocco. Kaemf. amoen. ex. p. 850.

De re botanica Sinenſium edidit librum P. Boym, (nec in *Sotuelli* Biblioth. Scriptor. Soc. Ieſu dictum, nec in *Gronouii* Bibliotheca regni animalis) ſub. tit. *Flora Sinenſis, fructus floreſque humillime porrigens Sereniſſ. Leopoldo Ignatio, Hungar. Regi &c. emiſſa in publicum a R. P.* Michaele Boym, *Societatis Ieſu Sacerdote.* Anno 1656.

1656. Viennae Auſtriae. in fol. Cum XXI tabulis aeri inciſis, et coloribus diſtinctis. Vltimae quatuor tabulae repraeſentant animalia, reliquae uero arbores fructiferas et plantas *), cum earum fructibus, poſita e regione interpretatione latina. Hic liber non magnus recuſus eſt Pariſiis in collectione Theuenoti. Characteres ſinici ut et figurae et deſcriptiones malae, iudice b. Hallero. **) En tabularum nomina: *Plantae.* Tab. A. *Fan yay*, Papaya. B. *Pa çyao*, Ficus ſinica. C. *Kia giu*, ſ. *Kagiu.* D. E. *Li - çi* et *Lung - yen*, arbor et fructus ſinici. F. *Giang-po ſhui*, (arbor) et *ko-tſii* (fructus.) G. *Fan po lo mie*, ſ. Ananas. H. *Man-ko*, Manga Indorum. I. *Pi-pa.* K. *Tſheu ko*, Indis et Luſitanis Goyava. L. *Polo-mie*, Giaca fructus. M. *Su - ping.* N. *Ta-ta*, in agro Malacenſi. O. *Du- li - ang.* P. Innominatus Fructus. *Vidi illum primum in Inſula Sinarum Haynan, et poſtea in prouincia Qnamtum.* Boym. Aromaticae arbores. Q. *Huçiao.* Piper. R. *Kuey-pi*, Cinnamomum. S. *Tay hoáng.* Rhabarbarum. T. *Fo-ling.* Radix Sinica ſ. China. Luſitanis *Pao de çina.* V. *Seng - kiang*, Zingiber. *Animalia.* Tab. X. *Fung hoáng.* Auis fabuloſa Sinenſium. (uid. infra Tab. CCLXXXVI, Fig. 2) Y. *Te ki*, Gallina ſilueſtris. Z. *Hiang ſhe*, Animal muſci, et *Geng - to*, Serpens magnus Sinenſ. (uid. infra Tab. CCXLV, Fig. 2) Tab. penult. *Song ſhû* (uid. Tab. CCCII, Fig. 4) et *Lo meo quey*, teſtudo alata (Tab. CCLXII, Fig. 3) Tabula ultima ob oculos ponit *Hai ma*, maris caballum, i. e. hippopotamum.

Eodem tempore prodiit alius liber: *Artificia hominum, miranda Naturae in Sina et Europa* &c. Edente Adamo

*) Multae proprie extra imperium Sinicum creſcunt.

**) Biblioth. botan. T. I, Pag. 492.

Adamo Preyelio. Francof. ad Moenum, 1655. 12. paginarum 1505. et germanice ibid. 1656. 4. Opus congeſtum eſt e Martini S. I. Atlante Sinenſi, et aliis itinerariis, capitibus quinquaginta, e quibus huc pertinent: Cap. 29. Montes. 30. Terra. 31. Radices. 32. Herbae et frutices. 33. Flores. 34. Arundines. 35. Arbores. 36. Fructus. 37. Aues. 38. Inſecta. 39. Reptilia. 40. Quadrupedia. 41. Amphibia. 42. Piſces.

Livre de differentes eſpèces d'oiſeaux, fleurs, plantes, et trophées de la Chine, tiré du Cabinet du Roi de France, et gravé par Huepner.

60 tab. aen. in fol.

Citatur ſaepius in hodierni Imperatoris Sinici *Kjenlong* Eloge de la Ville de Moukden (Pariſ. 1771. 8.) liber mantſhu-tataricus, *Eulh ſ. Oelh-Ta*, in quo animalia et plantae deſcribuntur.

Optimus liber botanicus ſinenſis prodiit Pekini ſub medium Saeculi elapſi, auctore celebri medico *Ku hung pe*; uoluminibus ſ. tomulis 31 Titulus eſt: *Suen pu puen çao*, ſ. Tractatus particularis de proprietate plantarum. Reuocauit auctor, ut Medicorum filiis cognitionem Botanices faciliorem redderet, plantam aut herbam unamquamque ad genus aut ſpeciem ſuam, diuiſitque per claſſes, ita ut, quam libuerit, ſtatim reperias. Vid. Catal. Biblioth. Reg. Pariſ. n. 29, pag 375.

Kinmodſui, Liber iaponicus Herbarum, plus quam 500 plantas arboreſque cum nominibus uſuſque medici indicatione continet. Vid. *Kaempferi* Amoenit. exot. et *Deſcript. du Japon* paſſim. Vidi in Muſeo britannico.

Regnum animale. Tab. CCXXVIII — CCCV.

Inſecta.

Tab. CCXXX, Fig. 1. Mantis precaria Lin.

Tab.

Tab. CCXXXI, Fig. 2. Mantis pectinicornis?

Fig. 3 et 4. Erucae.

Tab. CCXXXII, Fig. 1. Ephemera. Vid. *Mém. de Phyſique et de Mathématique* &c. Paris, 1755. T. II, pag. 461. T. 17, Fig. 2. Reaumur *Hiſt. des Inſectes*, T. VI, Pl. 45, Fig. 1 et 4. De uermibus lucentibus in Regno Sinarum uid. *die ſchwediſchen Abhandlungen*, T. 8, pag. 61, tab. 1.

Fig. 2, 3 et Tab. CCXXXIII, Fig. 2 et 4. Aphides. Vid. *Mém.* de Phyſ. T. II, pag. 469. T. 17, Fig. 3.

Tab. CCXXXIV. Araneae.

Tab. CCXXXVI, Fig. 4. Cicada. Iaponibus *Sebi*, ſeu *Semi* Vid. Kaempferi *Deſcript du* Iapon, T. I, p. 114. Tab. X., Fig. 6. *Notice ſur la Cigale; par feu Mr. Cibot, Miſſionnaire à Pekin*; in *Mémoires concernant l'Hiſtoire, les Sciences, les Arts, les Moeurs, les Vſages, &c. des Chinois*; T. XIII, à Paris, 1788. 4 mai. pag. 409 — 416.

Tab. CCXXXVIII, Fig. 3. Species Locuſtarum.

Tab. CCXLI, Fig. 3. Iulus terreſtris pedibus utrimque centum. Linn. Fauna Suec. edit. ſec. p. 501. Deſcripſit Dom. de Geer in *Mém. de Phyſique et de Mathématique*, T. III, pag. 61 ſeq. Tab. I, Fig. 1 et 2. *Friſch* Inſect. pag. 55, Tab. 8, Fig. 3.

Tab. CCXLII, Fig. 1. *çun ſhin kung*, i. e. perfecti corporis artifex. Bombylius Linnei?

Habent Sinae immenſam collectionem *ku kia tu ſhu* ſ. Hiſtoriae Inſectorum, uoluminibus plus quam 170. Vid. *Mém. concernant les Chinois*, T. XIII, p. 377.

Amphibia. Tab. CCXL — CCXLVII.

Tab. CCXLIII, Fig. 2. *Luung*. Draco. Iaponice *Dſja*. Vid. Kaempferi *Deſcript. du Japon*, Tab. IX. Fig. 5.

Draco

Draco fabuloſus Sinarum, quem Imperatores et Mandarini praecipui in pectore acu pictum gerunt. Cf. Lambecii Commentarii Biblioth. Caeſ. Vindob. Lib. I. Tab. D. *Du Halde*, T. II, p. 96. Memoires concernant les Chinois, Tome XIII, p. 308.

Le Dragon eſt connu depuis le tems de Fou-hi, *puiſque le Dragon-cheval* *) *donna occaſion à ce Fondateur de l'Empire chinois, d'appeller ſes Magiſtrats du nom de* Dragons. *Il a les cornes de Cerf, les oreilles du Boeuf, la tête du Chameau, le col du Serpent, les pieds du Tigre, les ſerres de l'Aigle ou de l'Epervier et les écailles de Poiſſon. Il eſt regardé comme le reptile par excellence, mais comme un reptile aérien, ne faiſant ſon ſéjour que dans le plus haut des airs, d'où il deſcend pourtant quelquefois pour s'approcher de la terre, dans le cas où il faut qu'il arrive quelque choſe d'extraordinaire. Le Caractere chinois qui la déſigne, eſt* Loung.

Fig. 4. *Luung kuo.* Draconum oſſa. Forſan oſteolithi cervi Tarandi Linn. Europaei talia petrefacta gigantibus olim tribuebant, Sinae draconibus adſcribunt.

Tab. CCXLIV, Fig. 2. Lacerta paluſtris Linn.

Fig. 4. Lacerta aurata Linn.

Tab.

*) *Le Dragon-cheval eſt un animal amphibie, myſterieux, produit par la ſubſtance du Ciel et de la Terre. Il avoit le corps du cheval et les écailles du dragon. Il étoit haut de ſept pieds cinq pouces, et avoit quelque reſſemblance avec le chameau; mais il avoit des nagoires ou des eſpeces d'alles. Il marchoit ſur les eaux ſans enfoncer. Lorsque* Fou-hi *ſiégoit ſur ſon trône, il portoit ſur ſes reins l'image du Dragon-cheval.* C'eſt ainſi qu'en parle *Koung-ugan-koue*, dont les paroles ſont citées dans la gloſe de l'Hiſtoire ſous le regne de *Fou-hi*. Ibid. p. 308 ***. Tab. I et III.

Tab. CCXLV, Fig. 2. *Gen-to.* Magnus ſerpens Prouinciarum Quang tong, Quang ſi et Inſulae Hai nang. Vid. *Boym* Flora Sin. Tab. Z.

Fig. 3. Serpens maxime virulentus. *Boym.* ibid. fol. M.

Fig. 4. Coluber Aeſculapii et fuſcus Linn.

Tab. CCXLVI, Fig. 2. Coluber ſeuerus Linn.

Tab. CCXLVII. *Eſt grauis in geminum ſurgens caput Amphiſbaenae.* Lucan. Pharſal. Lib. IX, 719. Plin. nat. hiſt. L. VIII, cap. 23: *Geminum caput amphiſbaenae, hoc eſt, et a cauda, tamquam parum eſſet uno ore fundi uenenum. Non quod geminum reapſe caput habeat, ut pleriſque ueterum uiſum eſt, ſed quia etiam cum lubet, et a cauda greſſum incipit, utrimque ſic neque gradiens, ſiue ſerpens, geminum habere caput uidetur.* In codice Dioſcoridis uindobon. uetuſtiſſimo talis etiam conſpicitur depicta ΑΜΦΙϹΒΑΙΝΑ. Lambec. Biblioth. Caeſ. Vindob. T. I, Tab. L.

Piſces, Tab. CCXLVIII — CCLXI.

Tab. CCXLVIII, Fig. 2. E genere cyprinorum. Iaponibus *Ko-i.* Kaempf. *Deſcr. du Japon*, Tab. XI, Fig 4.

Fig. 4. Cyprinus Brama Linn. Willoughby Hiſt. Piſc. Tab. Q, Fig. 4. Anglice *a breame.* Germ. *Fluſs-brachſem.*

Tab. CCLV, Fig. 1. Eſox braſilienſis Linn.? Acus Indica Willoughbeii? Tab. P. 8. Fig. 3 et Append. pag. 23 *) atque Tab. 6, Fig. 4.

Tab.

*) Acus cuiuſdam Indicae caput. Inferior maxilla ad trium digitorum cornu producitur; illius cornu medium utrinque ſulcatur, at eius latera acuta et enſiformia; ſuperior autem maxilla acuminata, at uix digiti dimidium longa; ea ſinu etiam

Tab. CCLVI, Fig. 1. Vid. Kaempf. *Deſcript. du Japon*, T. I, Tab. XII, Fig. 2, ubi iisdem characteribus ſinicis indicatur Petromyzon fluuiatilis, *das Neunauge Pricke.*

Fig. 3. Vid. Kaempf. *Deſcr. du Jap.* Tab. XII, Fig. 3 Belgice *Puyt-Aal*, Iaponice Doodſio.

Fig. 4. *Pe*-Anguilla alba. Kaempf. ibid. Fig. 1. Oonagi. Characteres ſinici iidem oppoſiti ſunt Figurae quartae ibid. Iapon. *Fanmos* Belgice *Conger-Aal.*

Fig. CCLVII. Fig. 1. Canis carchariae, ſ. Squali ſpecies Willoughb. Adpend. ad hiſt. nat. piſcium, Tab. 5, Fig. 1.

Fig. 2. Lucioperca Schoenfeldii ap. Willough. Tab. S. 14.

Fig. 4. Xiphias? Will. Tab. 1, 27, Fig. 2.

Tab. CCLIX, Fig. 1. Priſtis, ſ. Serra piſcis Cluſii, Exot. L. 6, cap. 9. Raii Synopſ. piſc. pag. 28.

Fig. 3. *Ika* Iapon. *Sea-Qualm* Angl. Kaempf. *Deſc. du Iap.* T. I, pag. 120. Tab. XII, Fig. 6. Hic piſcis Sinis et Iaponibus cibus delicatiſſimus.

Tab. CCLX, Fig. 1. *Shui mu*, mater aquae. Iapon. *Kuragge*, *Midſu Kuragge.* Polypus albus, Kaempfer *Deſcr. du Iapon*, Tab. XII, Fig. 8. et pag. 120.

Fig. 9. Paſtinaca marina prima Rondeletii, marina laeuis Bellonii. Willough. Tab. C, 1, Fig. 4.

Teſtudines et Cancri.

Tab. CCLXII, Fig. 2. Vid. Kaempf. *Deſcr. du Jap.* Tab. XIII, Fig. 5. Iaponice *Iſikame Sanki.* Teſtudo ſcabra Linn.

Fig.

etiam ſimiliter acuminato ſcite inferiori aptatur; in utriuſque labris ſunt plures ordines dentium minutiſſimorum; mox nares conſpiciuntur et oculi ſane maximi pro modulo Piſcis. E Muſeo Soc. Reg.

Fig. 3. *Lo meo kwey*, ſ. *koui;* Teſtudo uiridis, alis caeruleis. P. Boym Flora ſin tab. penult. *Alatae teſtudines in aliquibus prouinciis Sinarum, et praecipue in Ho nang inueniuntur uirides; et interdum caeruleas adiunctas pedibus habent alas, et gradum tardiſſimum, quem uolatu, aut potius quodam ſaltu extenſis pedum alis compenſant. Pedes alati huiusmodi teſtudinum in pretio ſunt apud Sinas etiam ob raritatem.* In Kaempferi *Deſcript. du Japon* Tab. XIII, Fig. 4 eadem eſt figura. Adnumerat animalibus fabuloſis Sinenſium et Iaponum, pag. 120. Eruditi Iapones adpellant *Mooki* hanc teſtudinem, uulgus *Minopame*. Teſtudo fabuloſa Sinenſium ita deſcribitur in Memoriis gallicis Miſſionariorum Sinenſ. e Soc. Ieſu, pluries iam citatis, T. XIII, pag. 308 Tab. I et III): *On trouve dans la Géographie orientale, citée dans la gloſe de l'Hiſtoire, ſous la cinquieme année du regne de Tao, que du tems de ce Prince, des Ambaſſadeurs, venus avec des Interpretes, d'un Royaume du Midi, auquel on donne le nom de T, prirent une grande Tortue, laquelle, ſuivant les apparences, exiſtoit depuis près de mille ans. Sa circonférence étoit de plus de trois pieds; ſur ſon dos etoit écrite en lettres ko-teou; (c'eſt à dire, en forme de tetards), l'Hiſtoire du Monde, depuis ſon commencement juſques alors.* Yao *la tranſcrivit et la garda ſoigneuſement ſous le titre de* Koui-ly-chou (*ce qui veut dire,* Livre qui contient ce qui étoit ſur la Tortue. *La Tortue que* Fou-hi *vit ſortir de la riviere* Lo ho, *étoit marquée d'une façon ſinguliere qui le frappa. Ces marques et les combinaiſons qu'elles gardoient entre elles, lui fournirent l'idée d'une écriture dont il voulut laiſſer le modèle à la poſtérité. Il commença par tracer les* Koua *), *et des* Koua *il forma des Lettres.*

Tab.

*) I. e. *Coordinationes.* Vid. ſupra pag. 127, 128.

Tab. CCLXIII, Fig. 1. Cancer marinus. Conf. Kaempfer *Deſcr. du Iap.* Tab. XIV, Fig. 1 et pag. 121. Tortubia *Aparato para la Hiſtoria natural Eſpañola*, pag. 92. meae uerſionis germ. Tab XIII, Fig. 1 et 2. Kundmann Promtuar. rerum natural. et artificial. pag. 255. et le Comte *Mémoires de la Chine*, Lettre IV, pag. 196. P. Michael Boym, e S. I. iam a. 1656 ita de hocce cancro (ſed fabuloſe) ſcribit: *Cum eſſem in Inſula Haynan, quae antea audiueram Macai, oculis meis comperi. Sunt in quodam dictae inſulae paruulo lacu Cancri marini uiui in aqua dulci non adeo profunda, de quibus, mirum ſane dictu, id experientia docuit, quod ubi aliquem niuum de aqua illa extuleris in aerem, is ſubito uitam et motum omnem perdat, lapideſcat, ſeruataque figura exteriori et interiorum etiam integra lapideus totus euadat. Iſtos cancros lapideos medicinales eſſe, certiſſimum eſt.* Flora Sinenſ. fol. L. 2.

Teſtacea. Conchae. Tab. CCLXV — CCLXX.

Tab. CCLXV, Fig. 1, 3, et 4. Conchae biualues. Fig. 1. adpellatur *Ma tao*, equi falx.

Tab. CCLXVII, Fig. 1. Vid. Kaempfer *Deſcr. du Iap.* Tab. XIV, Fig. 7, pag. 123. Iaponibus dicitur *Te* ſiue *Matee.*

Fig. 2. Iaponice *Famaguri.* Kaempf. l. c. Fig. 5. et pag. 122.

Tab. CCLXIX, Fig. 3. Concha triton. Maximam ſinicarum concharum collectionem uidi A. 1762 Londini apud D. Henr. Baker, († d. 25 Nou. 1774) obſeruationibus microſcopicis celebrem.

Tab. CCLXX. Cochleae.

Aues. Tab. CCLXXI — CCLXXXVIII.

Tab.

Tab. CCLXXI, Fig. 1. *Njaò ſhui.* Auis unionis, ſ. gregaria. Clauis ſupra poſita *mjen* in compoſitione tantummodo uſurpatur. Vid. Steph. Fourmont *Meditat. ſin.* pag. 93. Species Gruum.

Fig. 4. Ciconia Linn.

Tab. CCLXXIV, Fig. 1. Querquedula Sinenſis Briſſonii. *Cercelle de la Chine* Edwardſii. Anas galericulata Linn. Fig. 2. *Je ki.* Gallina ſilueſtris. Boym ita in Flora ſinenſi (fol. K 2): Ye Ki. *Ita Sinice Gallina ſilueſtris uocatur, egregias pennas et optimum ſaporem habet, magnitudinis extraordinariae. Habent Sinenſes alias Gallinas,* Ciam-vi ki *appellant. Caudam pulcherrimarum plumarum ſex palmorum longam deferunt, et in* Cau-li *ſeu* Corea, Hen-ſi *et* Quan-ſi *reperiuntur. Alias etiam dictas* Tôki, *quod ſignificat* Camelo-gallinam, *ob ſimilem camelo gibbum, et album caput quatuordecim palmis.*

Tab. CCLXXV, Fig. 1. Species Accipitrum. Iaponice *Miſago* ſiue *Biſago.* Kaempf. *Deſcr. du Iapon*, Tab. X, Fig. 5.

Fig. 4. Ardea maxima alba.

Tab. CCLXXVI, Fig. 2. Alcedo ſinenſis.

Tab. CCLXXVII, Fig. 3. Phaſianus criſtatus Indicus Briſſonii.

Tab. CCLXXVIII, Fig. 1. Galgulus ſinenſis Briſſonii?

Fig. 2. Phaſianus albus ſinenſis Briſſ.

Luen; Argus. Phaſianus ſinicus Edwardſii. Philoſ. Tranſact. Vol. LV, tab. 3, pag. 88.

Fig. 3. *Tſho ſhui ſhi.* Arundinis ales ſagittae.

Fig. 4. Phaſianus aureus ſinenſis Briſſonii.

Tab. CCLXXXI, Fig. 2. Veſpertilio pictus Linn. *Ghkeu gin*, canis caput. Canis uolans ternatanus Sebae

 theſ.

theſ. I, tab. 57; pag. 91. Sequuntur operis huius ſinici auctores Plinium, (neſcientes) qui ueſpertiliones auibus adnumerat. Characteres ſinicos exhibet infra Tabula mea Diſpoſitionis Quadrupedium ſinicorum, methodo Linnaeanae accommodatae, num. 7.

Fig. 3. Veſpertilio cephalotes Pallas Spicil. Zool. Faſcic. III, pag. 10. Tab. I. *The Molucca Bat* Pennant *Synopſis of Quadrupeds*, pag. 368, num. 285. Vid. infra Tabulam ſin. num. 8.

Tab. CCLXXXIII, Fig. 4. *Pe ſhe.* Alba lingua.

Tab. CCLXXXV, Fig. 3. Pſittaca Iaponenſis Briſſon.

Tab. CCLXXXVI, Fig. 1. Caſuarius?

Fig. 2. *Feng hoang*. Auis fabuloſa Sinenſium. Vid. Boym Tab. X. Kaempfer, *Deſcr. du Japon*, Tab. IX, Fig. 7. Figura 8 ibidem exhibet formam iapon. huius auis, quam *Foo* adpellant. *De toute antiquité les Chinois ſe ſont formé l'idée d'un oiſeau merveilleux, unique en ſon eſpece, dont le plumage renferme les cinq couleurs d'où dérivent toutes les autres, dont le chant exprime les cinq tons et les plus brillantes modulations de la Muſique, qui à la tête du Coq, le col du Serpent, le dos de la Tortue, les nuances particulieres du Dragon, la queue du Poiſſon, et qui reſſemble à l'oie pardevant, et au* Ki lin *) *par derriere. Lorsque il vole, tous les autres oiſeaux lui font cortege. Il apparut ſous le regne de* Hoang-ti, *et on ſuppoſe qu'il ſe montre encore toutes les fois qu'il y a ſur la terre des Souverains d'un mérite extraordinaire.*

Fig. 4. Pauo Iaponenſis, fem.

Tab. CCLXXXVII, Fig. 1. Falco Pygargus Linn.

Fig. 2. Strix Aſio Linn.

Fig.

*) In opere Sinico Tab. CCXCIII, Fig. 2.

Quadrupedum Sinicorum
Linnaeanae accommodata.

狗 鼠 鼠 鼠 鼠

27 駝
28 麝
29 鹿
30 麞
31 羊
32 黄羊
33 山羊
34 麢羊
35 麂
36 牛
37 犛牛
38 犀
39 馬
40 驢
41 豕
42 豪豬

Diſpoſitio, methodo Auct. C. T. de Murr.

1 狒狒
2 猩猩
3 㹫
4 果然
5 獼猴
6 猨
7 伏翼
8 鸓鼠
9 象
10 膃肭獸
11 狗
12 風貍
13a 鼬鼠
13b 水獺
14 獾
15 狼
16a 虎
16b 豹
17 靈貓
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

Fig. 3. *Njaò ſhi.* Auis familiaris, *Le grand duc déchauſſé.* Bubo pedibus nudis Briſſ. Bubo tertius Willoughbeil. Germ. *Schuhu, Kallfuſs.*

Fig. 4. Falco Haliaeetus Linn. P. Ludouicus Buglio, S. I. (✝ Pekini a. 1682) ſcripſit ſinice librum de Falconibus, obtulitque Imperatori *Kang hi*, (✝ 1722 d. 20 Dec.) qui eum cum ſumma gratia accepit.

Tab. CCLXXXVIII, Fig. 2. Ardea nigra Linnei?

Quadrupedia. Tab. CCLXXXIX — CCCV.

Opus iſtud ſinicum A. 1775 mihi perluſtranti in mentem uenit periculum facere tentandi uiam, qua Syſtema Naturae Ill. Linnei ſinicis characteribus ipſis Sinis ob oculos poni poſſit. En *Tabulam Quadrupedium ſinicorum, methodo Linnaeanae a me accommodatam.*

Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra.

Miſi b. Ill. Linnaeo, ut diiudicaret; ita reſcripſit Vir immortalis, amicus noſter:

Video ex tuis, Opus hiſt. nat. ſinicum etiam eſſe apud uos in Germania. Habui idem ultra 20 annos, faſciculis ultra 30. Miſi cum Alſtrömio hoc, unico tomo, in Sinam, ut uerteretur in linguam latinam, et recepi. Titulus conuenit cum illo a Te dato. Specimen Tuum Regiae Societati Vpſalienſi erit acceptiſſimum — Grates Tibi perſoluo deuotiſſimas, quod in hoc Opere meum nomen allegare placeat. — Chinenſes in ſuis officinis habent ſcatulas, uti noſtrates, his inſcripti ſunt tituli, ſed non nomina ſimplicium, uerum morborum: pro pleuritide, colica, podagra &c. Omnia medicamenta ſunt ſimpliciſſima, adeoque medicis Specifica dicta. Nullus eruere poteſt plantas, cum omnia lecta ſint more Theae ex ſummitatibus tenellorum ramuſorum. Forte hic liber chinenſis plantas illuſtraret, quod

 maxime

maxime in notis eſſet. Vale, faue. Vpſaliae, 1776. Mart. 22.

Obtuli Deſcriptionem latinam Regiae Societati Vpſalienſi et cum uberiore diſquiſitione germanica *) publici iuris feci in Diarii mei litterarii Tomo IV, pag. 151 – 210.

1. *Sin ſin*, Simiae ſpecies.
2. Simia Nemeſtrina *Linn.*
3. Simia maimon.
4. Simiae ſpecies ignota.
5. Simia Faunus.
6. Simia Pithecia.
7. *Gkheu gin.* Canis uolans ternatanus orientalis, *Seba*, Muſ. I, 91. tab. 57.
8. Veſpertilio caephalotes? *Pallas* Spicil. Zool. faſc. III, tab. I.
9. *Shi*, Elephas.
10. Vitulus marinus.
11. *Gkheu*, canis magnus Sinenſis.
12. Hyaena.
13. a. Vulpes.
13. b. Vulpes nigra.
14. Canis lagopus, cauda recta.
15. Canis aureus. *Dſhakal.*
16. a. *Hu.* Tigris. *Le Tigre Royal. Briſſ.*
16. b. *Hoang tſhi ſe pe.* Flauum animal (tigriforme) piloſum, uarie pictum, album.
17. Guepard *Buff.*
18. *Pu pi.* L'once de *Buffon.*
19. Felis ſilueſtris *Briſſ.*
20. Muſtela barbara.
21. Lepus.

22.

*) *Verſuch, die ſineſiſchen Charactere zur Univerſalſprache zu gebrauchen.*

22. Mus terreſtris.
23. Mus amphibius.
24. Mus muſculus.
25. Sciurus palmarum.
26. *Song ſhu.* Species ſciuri.
27. Camelus bactrianus, tophis dorſi duobus *Linn.*
28. Moſchus Grimmia *Linn.*
29. *Lu pa*, ceruus magnus.
30. Capreolus ſinenſis.
31. *Jang.* Capra uulgaris.
32. *Hoang jang.* Capra lutea.
33. *Shan tſhi.* Tragelaphus *Bellon.*
34. Antilope Leucophaea *Pallas.*
35. *Lu ki.* Ceruus humilis.
36. *Njeu ta.* Bos magnus. Bos indicus. *Linn.*
37. Vaccae piloſae ſpecies.
38. *Njeu cèu*, Vacca uelox. Vnicornis. *Naturforſch. 7 St. pag. 43.*
39. *Ma.* Equus.
40. Mulus ſinenſis.
41. *Shi* : Porcus uulgaris. Diſcrepat a ſpecie ſequenti.
42. Sus chinenſis *Linn.*

ORDO QVADRVPEDIVM.

I. *Primates.* Charact. tabulae noſtrae 1—8.

1. Homo. gîn.
2. Simia. Papio. Cercopithecus. Charact. num. 1—6.
3. Lemures.
4. Veſpertilio. num. 7. 8.

Quodlibet genus ratione dentium (*yá*, *nhyá*) ſubdiuiditur.

II. *Bruta;* abſque inciſoribus, Cum characteribus *yd*, dens, et *po*, non. Num. 9.

III. *Ferae*. Num. 10—20.

Numeros 16 b. 17. 18. et 19 notat character *tſhi*, animal piloſum, *catus*, *felis*, *tigris*, &c.

IV. *Glires*. Num. 21—26.

u. c. e Murium genere:

Num. 22. *Tſhee*. Mus. Eſt ipſa clauis. Num. 23. *Hoang tſhee*, mus flauus eſt mus amphibius Linn. Sinenſes etiam ſciurum muribus adnumerant. Vid. infra Tab. CCCI, Fig. 1. Tab. CCCII, Fig. 4. Charact. meae Tabellae n. 25 et 26.

V. *Pecora*. Charact. n. 27—38.

u. c. Num. 31—34 in genere caprarum dominatur character *jáng*, capra. Vt uero ſpecies Antiloparum ſ. Gazellarum deſignem, eligo characteres, *cornu*, *niger*, *tortuoſum*.

VI. *Belluae*. N. 39—42.

u. c. *Shi* eſt clauis generis ſuum, quae ſemper adiungitur characteribus combinatis, ut ſpecies diſtinguantur.

Si quid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

HORAT.

Pergo nunc recenſere Quadrupedium tabulas operis noſtri ſinici.

Tab. CCLXXXIX, Fig. 1. *Yang*. Capra uulgaris. charact. tabulae noſtrae, num. 31.

Fig. 2. (num. 41) *Shi*. Sus uulgaris, auribus largis, non confundendus cum Sue chinenſi Linn.

Fig. 3. *Hoang yang*. Flaua capra (char. 32)

Fig. 4. *Gkheu*. Canis magnus ſinicus familiaris. charact. 11.

Tab.

Tab. CCXC, Fig. 1. Mulus. Charact. tabulae noſtrae num. 40.

Fig. 2. *Njeu ta*. Bos magnus. Bos indicus Linn. Syſt. nat. XII, pag. 99. Charact. 36.

Fig. 3. Camelus bactrianus, tophis dorſi duobus Linn. Syſt. XII, pag. 90. *Du Halde*, T. II, p 184. Habitat ferus uerſus Sinenſe imperium in deſertis. Charact. 27.

Fig. 4. *Mà*. Equus (Caballus) cauda undique ſetoſa Linn. Syſt. nat. XII, p. 100. Charact. 39.

Tab. CCXCI, Fig. 3. *Gkheu*. Canis familiaris domeſticus Linn. XII, pag. 57. Veſcuntur Sinenſes carne canina. Du Halde, T. II, p. 163.

Fig. 4. *Njeu hoang*. Vaccae luteum.

In Artificiis hominum mirandis Naturae in Sina et Europa, p. 1155: *Sub Cingcheu et Tengcheu urbibus, lapis e uaccarum ſtomacho educitur, dictus* Nieuhoang, *uaccarum luteum, quia nimirum lutei plerumque coloris eſt, magnitudine uaria, ſubinde ouum anſerinum aequat, non tam ſolidus, ut lapis Bezoar, adeoque multo laeuior, prae illo a Sinenſibus medicis commendatur expediturque. Dicas, ex cretá molliori, ſed lutea ſiccaque conflare. Frigidiſſimae qualitatis eum eſſe uolunt Sinae, et ad catharros deprimendos apprime conducere. Aiunt, eius puluerem in ebullientem aquam coniectum, eam mox ſiſtere, ac quietam reddere. Praeterea ſi uel pauxillum frigidae aquae ſuper imponas, exhalationem emittere, et quam celerrime aquam deſcenſu ſuo penetrare. Forte fuerit Arabum* Haraczy.

Tab. CCXCIII, Fig. 1. *Hoang tſhì ſĕ pĕ*. Flauum Animal piloſum, uarie pictum, album. Vid. charact. 16 b. Supraſcriptus character *Pao*, animal tigriforme. Forſan eſt ſpecies Pantherae.

Fig.

Fig. 2. Animal fabuloſum *Ki lin*, Iaponibus *Kirin*. Kaempf. *Deſcript. du Iapon*, Tab. IX, Fig. 1 et 2. Memoires concernant les Chinois. T. XIII, pag. 308, Pl. I B. et III; *La figure B repréſente le* Ki lin. *Ce quadrupede ſe montre rarement; on le voit*, *dit* Lou ché, *ſous les Rois qui ſe diſtinguent par leur humanité. Suivant la deſcription qu'en fait* Tchou tſée, *le* Ki lin *a le corps du Daim, la queue du Boeuf, et la corne du pied comme celle du Cheval; il n' a qu' une corne ſur la tête, et au bout de cette corne il y a de la chair.* Tchou tſée *ne parle là que du* Ki lin *qui apparut du tems de* Yao. *Il eſt parlé auſſi de'un* Ki lin, *ſous le regne de* Hoang ti. En général *le* Ki lin *eſt regardé par les Chinois, comme un quadrupede extraordinaire, qui ne fait ſon apparition que ſous les bons Rois. On le décrit différemment; mais dans les différentes deſcriptions qu' on en a faites, on ne manque pas de dire qu' il n' a qu' une corne, dont la pointe eſt de chair, pour faire voir, que même en ſe défendant, il eſt incapable de nuire. Son corps, dit on, eſt couvert d'écailles. ſur leſquelles brillent les cinq couleurs. Il eſt ſi doux et ſi compatiſſant, que, s'il ſe trouve des inſectes ſur ſa route, il ſe détourne pour ne pas les ecraſer en marchant. L'idee d'un* Ki lin *eſt auſſi ancienne que la Monarchie.*

Fig. 3. *Shi*. Elephas. Charact. 9.

Fig. 4. *Hu*. Tigris aſiatica. Klein Quadrup. p. 86. Le Tigre royal Briſſon. Charact. num. 16, a. Figura leoni quidem ſimilis, ſed cauda nigro annulata maculaeque uirgatae nigrae a dorſo uerſus uentrem et circum femora tigridem produnt. In Sinarum regno nulli leones ſunt.

Tab. CCXCIV, Fig. 2. *Njeu cèu?* Vacca uelox Charact. ſin. 38. Animal maxime memorabile in toto hoc

opere

opere ſinico. Haberemus itaque hic uerum unicornu terreſtre. *In* Quang-tong, *ad* Luicheu *eſt animal, quod Sinae* uelocem uaccam *uocant, et in uertice capitis, a fronte, oblongo ac tereti armatur cornu, tantae uelocitatis, ut trecenta ſtadia facile uno die ſuperet.* Artif. hom. Miranda Naturae in Sina et Europa, p. 1156. Cf. Iobi Ludolphi Hiſtoria aethiopica, Cap. X, et Commentar. ad hiſt. aeth. pag. 154 ſeq. Leibnitius (Protogaea, pag. 64, §. 35) figuram ſceleti monocerotis exhibuit, addiditque: Gerikius (*experim. mathem. L. V, cap.* 3, *pag.* 155) *per occaſionem narrat, repertum ſceleton unicornis in uicini nobis Quedlinburgi monte Zeunikenberg, intra rupem, anno* 1663) *in poſteriore corporis parte, ut bruta ſolent, reclinatum; capite uero ſurſum leuato,* ante frontem gerens longe extenſum cornu quinque fere ulnarum, craſſitie *cruris humani, ſed proportione quadam decreſcens. Ignorantia foſſorum contritum particulatimque extractum eſt, poſtremo cornu cum capite et aliquibus coſtis, et ſpina dorſi atque oſſibus Principi Abbatiſſae loci allata fuere. Eadem ad me perſcripta ſunt; additaque eſt figura, quam ſubiicere non alienum erit.* Sed haec oppugnat Dom. *I. A. E. Goetze,* in diſſ. *uber das vermeinte bey Quedlinburg gefundene Einhorn.* Quedlinb. 1787. 8. Thomas Bartholinus in tr. de Vnicornu (Amſtelod. 1678. 12. pag. 163) ita ſentit: *Teſtantur nobis id ex regno Chinae, reliquiſque Indiae locis in Europam inde reuerſi Mercatores et Nautae, qui cum furtiuo pede itinerum uaſtitatem emetirentur, per deſerta Arabiae et incultas alias ſolitudines, ob fugae metum, in ſiluis biuiiſque feram hanc Monocerotem non ſine terroris ſenſu uiderunt, ſed tanta eſſe pedum uelocitate, ut ex oculis derepente ſubducta, accuratiorem ſpectantibus ſui contemplationem eripuerit.* Plures ſcriptores de iſto animali adfert

Fren-

